



República
Compartido

3
35000.18

13h - 116p - 8h / 2h - 82p /

puntos

2h - 127p - 1h / 26p

T-299

Col-184

UNED

FA. 007

K. 00001533208



Ultrajecti apud Iohannem Ribbium 1672.

1890

UNED

R. 118.464

RENATI RAPINI

Societatis Jesu

HORTORUM LIB. IV.

Cum disputatione de cultura Hortensi.

IOAN. MEURSII FIL.

ARBORETUM SACRUM.

ANGELI POLITIANI

R U S T I C U S.

*Adhuc LIPSII leges Hortenses, & LAZARI
BONAMICI carmen de vita Rustica.*



ULTRAJECTI,

Apud JOANNEM RIBBIUM,

Anno dñi MDCCLXXII.

REINAT R A P I N I

Secundus J. S.

HORTORUM LIBRIV

Quinquecentis de cultura Urbis

Joan. Nicorati P. M.

ARBORETUM SACRUM

Anno 1701

R U S T I C U S

PER S. P. M. Nicorati P. M.

ROMANICI



ULTRAJECTI

JOANNEM RIBBIUM

Anno 1701



Viro Clarissimo

**D. HENRICO
GESSELIO,**

MEDICINÆ DOCTORI
EXPERIENTISSIMO. REI-
PUBLICÆ ULTRAJEC-
TINÆ POLIATRO,
PRACTICO FELICISSI-
MO, BOTANICO SUM-
MO.

Hanc novam editionem

RAPINI, MEURSII & POLITIANI

De hortis eorumque disciplina,

Arboribus & earum apud priscos conse-
cratione,

Rure ejusque deliciis,

D. D.

J. de D.

IL-

ILLUSTRISSIMO VIRO
GUILIELMO
L A M O N I O

Senatus Principi.

RENATUS RAPINUS SOC. JESU S.

SI quis esset, ut erit, VIR ILLUSTRIS-
SIME, qui tibi re-
cta, non voluptuaria quaerenti, leves has Hortorum delitias parum convenire putaret: provocarem primum ad judicium veteris Academiae, & Lycei, quae loca commendabat olim silvarum camporumque pulchritudo naturalis: tum deducerem eum ad Hortos Platonis & Speusippi: unde profecta sunt tot oracula sapientiae litteratoris, cujus sic amans es. Nam quod aliquando dictum ab Antiphane apud Athenæum: *Musas inter litterasque versaris assiduus, quoties agitur sapientiae negotium.* Postquam tamen Veneris tutelae consecravit Hortos non rudis antiquitas; ut a Plinio traditum: molle ac delicatum quiddam magis plerisque videbitur munus id, quam quod virum tam gravem decere possit. Quid at-

Δεῖ δὲ πρὸς
μῦσαισι, καὶ
λόγοις πεί-
ρει, ὅπως τὸ
σοφίας ἔργον
ἐξέτι-
ζεται.

Natur.

Hist. lib. 18.

Et Plaut.

apud il-

lun.

tinet autem tuas aures deditas publicæ
 utilitati violare rebus, magna ex parte,
 ita defidiosis? Quid dicam de Adoni-
 dis Hesperidumque Hortis? Nam res
 ipsa monet, quam famosa nomina sint
 vanitate fabularum. Eo accedit, quod
 magister otii blandioris Epicurus Hor-
 tos primus omnium in urbem transtu-
 lerit: quod unum, ut desint cætera, con-
 tumeliam facere potest Hortorum ho-
 nestati, qui tali auctore, res inter seri-
 as, ne vel appellari quidem poterunt si-
 ne suspicione.

Plin lib.
10. c. 4.

Quamquam non committam hic, ut
 oratione nimis anxia, excusam apud te
 Hortorum innocentiam: ne, defensione
 non necessaria, confundam causæ boni-
 natem. Nam Venus, Hesperides, Ado-
 nis, quis nescit, quæ nugæ sint, quam
 leves & frivolæ? Nec video, cur iniuri-
 am facere possit Hortorum posteritati,
 Philosophiæ suæ licentia Epicurus: de
 cujus moribus jam non quæro, quos au-
 dio defendi per quosdam Philosophos e
 nostris. Non necesse est autem hic com-
 memorare me, quod copiose disputa-
 tum à sapientibus, colendæ telluris ar-
 tem

tem omnium esse innocentissimam. Unde, non sine causa, vitam olim putabantur agere valde bene moratam, qui terram colebant: nam telluri operam dare, idem existimabat esse Philosophus naturalis, atque cunctorum parenti adesse, eique patrocinari. Id autem, ut est liberale imprimis, atque humanum, magno-pere valere potest, pro candore morum, vitæque simplicitate retinenda: cum, ut à Catone dictum, *minime male cogitantes sint, qui in eo studio sunt occupati.*

*Pli. proem.
lib. 18.*

Quod moribus tuis quam bene conveniens sit, VIR ILLUSTRIS-SIME, satis per se planum est: cum ea sit opinio tuæ virtutis, ut de vera laude sermo jam in urbe esse non possit: quin illico omnium animis adversetur os tuum; vitæque tuæ ratio, temporum disciplina sit, exemplumque universæ civitatis: ad quem proinde quodammodo pertinere videatur illud dictum de P. Scipione Æmiliano tam memorabile: *Vir togæ dotibus, ingenique, ac studiorum, eminentissimus sæculi sui: qui nihil in vita, nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit.*

Nihil dicam de admirabili illa, quæ pro-

*Velleii P. A.
ter. hist. l.
1.*

E P I S T O L A.

pria tua laus est, *διεπαντησία*, per quam
 & concilias amores omnium, & expri-
 mis in te difficillimam illam societatem
 gravitatis cum humanitate, quæ patri-
 ciæ dignitatis summa virtus est. Cum
 vero judiciorum tuorum sanctitate, pu-
 blicam rem tam caste geras, eam apud
 populum meritus es nominis celebri-
 tatem, quam prædicabit præsens æ-
 tas, posteritas mirabitur, consecrabit
 immortalitas. Nam temporum consci-
 entia nunquam sustinebit fileri L A M O-
 N I U M, qui se tam corruptæ ætati præ-
 beat tam incorruptum.

Possem persequi dotes cæteras agri-
 culturæ, pro munere apud te commen-
 dando. Habet enim ars ista permagnam
 vim, non modo ad innocentiam vitæ,
 sed etiam ad amœnitatem litterarum,
 omnemque adeo vitæ liberalis honesta-
 tem excolendam. Quare mirum videri
 non debet, V I R I L L U S T R I S S I M E, si
 te ceperit aliquando oblectatio artis
 istius: nam quamvis esses ingressus vitæ
 institutum, in quo te popularis aura,
 tuæque opinio virtutis provexerit lon-
 gius, quam destinarat pudor tuus, & ea
 vivas

vivas ætate , qua mores civitatis incu-
 buerint ad luxum & ambitionem: hoc
 tamen otioso & simplici vitæ genere
 duci interdum te vidimus , delectari-
 que magis , quam ferebat temporum li-
 centia. Credo , ne in tanta honestarum
 artium , qua florebas apud tuos com-
 mendatione , tantæque spectatione di-
 gnitatis , suavitate eam tibi præterire
 sineres , quæ percipitur è vita tam inno-
 cente : cujus etiam quasi disciplinam a-
 liquam formare ipse per te non dubitasti ,
 quam traderes civibus tuis ; principes
 viros imitatus , qui scriptis hanc ar-
 tem commendarunt. Nam , ut monet
 Plinius , *de cultura agri præcipere , princi-
 pale fuit etiam apud exteros : siquidem re-
 ges fecere , Philometor , Attalus , Archelaus.*
 Cyrum omitto , qui gloriatur apud Xe-
 nophontem , se , tot inter opes , confi-
 torem Horti. Tanta nimirum dignitas
 est agriculturæ , qua contendit Cato a-
 pud Tullium , *nihil sibi magis regale videri* :
 eamque Modestinus Columella affir-
 mat *proximam , & quasi consanguineam sa-
 pientiæ.* Vnde apparet , quam bene in-
 ter te , & illam conveniat ,

Lib. 18.
 hist. nat. c.
 3.

VIR ILLUS. Lib. de 10.
 TRIS. rustic. c. 1.

TRISSIME, qui non sapientiæ modo, sed virtutum omnium supremum apicem consecutus sis, jure longe potiori, quam Princeps is Syracusius, de quo Pindarus in Olympiis.

Verum licet colendæ telluris ratio in universum liberalis, & honesta sit; cum tamen cultus Hortensis purus liberque videatur à durezza laboris, quo se conficit agricultura communis: quiddam etiam habet magis accommodatum, non modo ad tuendam dignitatem, sed etiam ad celebritatem nominis faciendam. Quod intelligebat per se satis legislator mortalium sapientissimus, qui, pro se apud suos commendando, moliebatur Hortos. Sic enim ille. *Magnificavi opera mea, feci Hortos & pomaria, & consevi ea cuncti generis arboribus.* Idem accepimus, florente Republica, videri cœptum Romanis: qui ut erant honestiores cæteris gentibus, studiosioresque vitæ elegantioris, de parandis Hortis, sic tanquam de fama, & existimatione sibi facienda laborare videbantur. Testis Tullius, qui non tam suos, quam sui temporis mores describit, per literas, ad Atticum.

--- Δεί-
πων κορυ-
φῆς ἀπὸ
τῶν ἀπὸ
πασῶν. de
Hierone
εἶδ.

Ecclesiast.
cap. 2.

EPISTOLA.

cum. Nihil enim peræque flagitare videtur ab amico, quam *ut sibi paret Hortos, & quidem*, inquit, *ob hanc causam: nihil enim video, quod tam celebre esse possit.* In quo gustus exercitatissimi vir, arbiterque boni saporis non sentiebat aliorum, atque postulabat sua, vel fama celebritatis amans; vel ætas, fastidii in omni deliciarum genere delicatissimi. Sic enim existimabant principes in civitate viri, patricium hominem, post res foris bene gestas, non magis apud suos, quam Hortorum celebritate spectari posse.

Qua laude ne careres, qui cæteris abundabas, VIR IMMORTALITATE DIGNISSIME, ferre non debui, postquam præsertim de tua humanitate meritus sum, ut in otio familiari me tolerares. Obligatus tam grandi beneficio, operam dedi, ut Hortos tibi pararem, non tam ut animum tuum forensi labore fatigatum levarem, domestica remissione, in quo tamen essem laude dignus: quam ut te, qui nostri temporis summum decus, ornamentumque sis, in omni genere honestatum, omni monumentorum genere commendarem posteritati.

LIP.

L I P S I A N I
H O R T I L E G E S

in ipso introitu

Sub persona Vertumni.



Vertumnus custos ad hospitem.

Duas res agere similitudine decretum est mihi :

Et horti leges , & meum nomen eloquar.

Adhibe hospes , sis , vacivas ades aurium.

Primumdum mi esse nomen Vertumno scies,

Qui clarus clueo Semoes inter Deos.

Namque Imperator Divum atque hominum Iupiter

Nos ceteri cives in tres classes disparat :

Sunt Superi Di , sunt Inferi , & Medioximi.

Hos alios alia fungi iussit munia ;

Mihi cessit hortus . hunc colo , atque istinc malas

Lavernionum cum cura arceo manus .

Sic hominum usu mea pro parti servio .

Velut hic nunc hortus , quem factum est biennium

Postquam mea tutela herus concredidit ,

Me venerans , hunc introitum ut servarem sibi :

Neve adeo quisquam sine grandi & solido malo ,

Praquam lex patitur , hortum frueretur suum .

Eam legem ego dabo , nequi peccet insciens .

Principio edictum est leniter dictis bonis ,

Ne in Iustum injustus quisquam injuste cogitet ,

Quod promiscam omnes , servi sint an liberi ,

Dites

Dites inopésque ab aditu volt arcerier,
Præter Musarum qui initiati sint sacris.
Id adeò honori Musarum placitum dari,
Quarum hortus hic mancupio est, usu tantum heri.
Quod tu aliter adire speres, nugas egeris:
Ego sum Vertumnus, omnes verro & arceo.
Primum hoc tenebis. nunc intrastin' ? optimè est.
Licet ambules hîc per quadrata compita,
Modò ne transcurrens velut hædus lascivias:
Licet acquiescas compluviata in pergula,
Modò ne ocquiniscens somno fœdè indulgeas.
Viden' hos ad dextram flores variato ordine;
Viden' hos melones, mel & delicias heri;
Bonum factum est, tacitus spectes, tacitus gaudeas.
Nam quod surripere quidquam tu te postules,
Frustrà es: nihil est hîc prædæ prædatoribus.
Ne si malè tagax quoquam adjeceris manum,
Malum habeas certum, pol, non arbitrarium,
Et tibi pro flore pignus capiatur toga.


Satis hoc viris edicto dictum deputo:
Nunc res mihi cum matronis. hem quid excidit ?
Non res sed verba, ne tu mœchum censeas.
Primum matrona sine marito exest od hinc.
Ita placet Musis, Græcam consuetudinem
Græcæ reducunt, mulier nequa in publicum
Spectandam se sine arbitro præbeat viro.
Deinde autem vos summates atque nobiles
Quæ syrma à tergo trahitis septenùm pedum,
Mala pestis, mala pernicies horti, abscedite,
Aut tragicam vestem supra femur attollite.
Quid est ? facturæ hoc estis, an non ? abnuunt,

*En herclè ut hujus sæcli mores possident !
 Videri nolunt : quid si tangi ? ultrò annuant.
 Iam vos puellæ blande , delicatule ,
 Nigriocule , tenellula , integellula ,
 Quas Dominus aduentantes limis adspicit ,
 Vobis edico , sola ut ne intretis huc.
 Nam dicam ingenie , novi vos merces malas :
 Quarum una ratio est , steriles intrò ad nos manus
 Quas attulistis , gravidas portetis foras.
 Quòd si quæ comitem amatorem huc adduxerint :
 (Namque omnes norunt , credo , nostræ virgines
 Quàm libera istiusmodi rerum sient)
 Moneo nil præter verba inter se ut misceant ,
 Ne capita liment , solitis morsuunculis
 Et his papillularum oppressiunculis
 Abstineant : non est his rugis noster locus.
 Postremò cavem aut catellam huc nulla adducito ,
 Melitæi sint , Sardoï , vel Molossici.
 Sin aliter , faxo delicata ut accubes
 Non herclè mecum aut cum hero , ne frustra sis ,
 Sed cum Catello , scin' quem dicam ? ferreo.
 De lege tantum est : vir , matrona , virgines ,
 Bonum factum est , edicta ut servetis mea.*



PRÆFATIO

AD ERUDITUM LECTOREM.

 *Udacia videbitur non tolerabilis, operis totius antiquitatis perfectissimi partem eam carmine velle persequi, quæ prætermissa sit à Poëta post hominum memoriam, omnium excellentissimo. Nam scitum illud Romani Vatis, ex libro quarto Georgicon.*

Forfitan, & pingues Hortos quæ cura colendi

Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti:
Quoque modo potis gauderent intyba rivis,

Et virides apio ripæ, &c.

Sentires eo in loco sibi placere Virgilium, adeo effusus est; opinor non sine causa; quem materiæ tam liberalis invitabat amœnitas. Sed sive quod urgeatur ab instituto, de apibus, carmine; sive quod otium jam præparet Heroi suo, in opere destinato, desinit non ita multo post cœptam rem prosequi: quam tamen dignam putat, quæ pro scribendi argumento, proponatur universæ posteritati.

Verum hæc ipse equidem spatiis disclusus
iniquis

A

Præ-

P R Æ F A T I O.

Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo.

Proem.
l. 14. nat.
hist.

In quo vix impetrare poterò, ut amoliar à me arrogantiae bene magnae suspicionem, qui partium à tanto viro desertarum possessionem tam fidenter occupare cogitem: nec dubitem Latine scribere de re, quæ, si Plinio fides est, deterrere potuit scriptorem tam exercitatum. Accedit, quod in proposita tam divini vatis imitatione, faciam expectationem majorem, quam per facultates sustinere possim: exemplumque propositum non tam ostendat opem, quam desperationem certissimam. Quæ vero temeritas, tentare rem, quam partim propter difficultatem eorum, quæ prætermiserat Virgilius, partim propter eorum quæ cæperat excellentiam, persequi nullus posterorum ausus sit? Deinde cum eo perducta sit apud nos cultus Hortensis perfectio, ut ei nihil jam deesse videatur ad elegantiam; ejus dignitatem, quæ summa est, ut assequi difficulter poterò, non satisfaciam opinioni.

Deterrebat etiam me non mediocriter egestas Latini sermonis. Est enim audaciæ non ferendæ, Latine scribere velle de re apud Latinos prorsus ignorata. Nam culturæ Hortensis ratio, quæ nunc est, siue in digerendis per areolarum descriptione floribus, siue in arboribus fructiferis

ap-

P R Æ F A T I O.

applicandis ad murum informandisque; nullum plane locum habuit apud illos. Venit tamen in animum sperare, si quid peccem vel ignorantia sermonis, vel inopia; ut ætas nostra, supra cæteras amans Hortorum, indulgeat aliquid audaciæ rem majoribus intentatam molienti. Addebat animos in opere tam difficili, studium cultus Hortensis, quod per id tempus sic viget apud Patritios & Optimates; ut haud scio, an unquam plus celebritatis habuerit. Conveniebat autem, ut ætati nostræ supra omnes antea actas Hortorum longe curiosiori impertiretur aliquid amœnitatis illius, quæ partim temporum disciplina, partim industria cultorum pervenit ad summum. Sic enim existimo ex illa partium complexione, qua nunc Hortos conficimus, eam conformationis & decentiæ fieri ab solutionem, cui ad summam dignitatem rei Hortensis nihil desit.

De natura carminis, quod usurpari solet, in tradendis præceptionibus, non necesse est dicere me pluribus, cujus exemplum proponitur in Virgilio Georgicis perfectissimum: cujus quidem naturalis ingenuitas vix dabit locum veniæ cultus elegantioris, quam adhibui: contra quam ferebat carminis istius mediocritas, in quo quæritur cura puræ nudæque sim-

P R Æ F A T I O.

Plin. l. 1. r. 4.
proem.

plicitatis. Certe non excusabo facti conscientiam: obsecutus sum materiæ tam delicatæ, in qua non facile sibi temperare potuisset ipse Virgilius: quod illi non difficile fuit in agricultura duriori; in qua tamen, ut est observatum à Plinio, è tantis, quæ retulit, flores modo rerum decerpfit. Nihil enim omisit eorum, quæ nitorem & ornamentum recipere poterant: hinc tam crebræ digressiones à proposito, quibus occurrat satietati & fastidio, quod monet Macrobius Saturnaliorum libro quinto. In Georgicis, inquit, post præcepta, quæ natura res dura est, singulos libros acuti argumenti interpositione conclusit: primum de signis tempestatum, de laudibus vitæ rusticæ secundum: tertius desinit in pestilentiam pecorum: quarti finis est de Orpheo, & Aristæo non otiosa narratio. Nec ipse passus sum partes in eo desiderari meas: feci, quod erat docentis non plane duri: respersi floribus satis liberali manu langorem præceptionum, ut mitigarem pertinaciam locorum eorum, quæ debonestabat humilitas materiæ, pro vitanda satietate.

Si tamen videar non peperciisse satis elegantia: factum tuebor auctoritate Græcorum pæne omnium, qui de floribus, aut florum cultu scripsere.

P R Æ F A T I O.

psere. Nam ut omittam cæteros: quid elegantius Hortorum pictura, quos ad agrum Pisanum, qua præterfluit Alpheus, Nymphis Jadibus describit Nicander secundo Georgicon? In quibus tam creber & frequens usus est ornamentorum eorum, quæ poetica petit à temporibus fabulosis. Incredibile dictu est, quam copiosi sint & elegantes cæteri in ea materia quorum mentionem facit libro xv. Athæneus, qui coronariorum florum copiam carmine prosecuti sunt, ut Cratinus in effæminatis, Hegesias in versibus Cypriis, Anacreon in Odis, Sappho in fragmentis, Pancrates in poemate, Chæremon in Baccho, Eubulus in nutricibus, aliique innumerabiles.

At non erat tam licenter indulgendum fabularum copię, & vanitati, in ea materia, quæ faciebat expectationem gravitatis, & disciplinæ: erat pervestiganda natura florum & plantarum, describendæ proprietates, æstimandaque vis singularum. Fateor; neque opinor defui partibus his: non immemor tamen quam personam agerem, Poëtæ nimirum, non Philosophi, qui per orationis religiosæ simplicitatem nimis crudam, fidem quærat. Quamvis autem pars hæc poëticæ versetur in mediocritate, orisque sit angustissimi, colligit ta-

P R Æ F A T I O.

men animos interdum, quadam excelsitate spiritus, ne iaceat humilitate rerum quas tractat, & ipsa materia tenuitate frigere videatur. Quod ne contingat, excitandus identidem animus, ut secundum Anacreontem de poetica sublimitate erecta mens, divina spiret.

Νοῦ ἐς θεοὺς ἀεγθεῖς.

Sed profanorum numinum fieri mentionem, per vatem non profanum, grave videbitur iis, qui non plane norunt ingenium poeticae, quæ per deorum ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum, animos tollere debet interdum, ut inveniat admirationem: Quam potestatem per se facit artis licentia, si religionis non interfit, quæ nec lædi se putat, nec bonos mores violari; cum pro ingenio ludit poetica, ut per fabularum gratiam minus languide quærat veritatem.

Majorem curam simplicitatis exhibui in Nemore, & Aquis, quam in Floribus, quorum amœnitas fecit me copiosorem: nisi quod parumper hæsi certis in locis, quæ videbantur idonea, in quibus poeticae dotes eminent, per illecebras fabularum: ne carmen langueret insita jejunitate præceptionis, quam profitebatur.

De Pomario, vereor ne non satisfecerim eorum expectationi, qui sperabant enumerationem

nem

P R Æ F A T I O.

nem longam fructuum pomorumque, quorum vim per se incredibilem recensere, cum pene infinitum sit; in exponendis fructuum speciebus, summam rerum secutus sum, Virgilium imitatus, qui secundo Georgicon in vinorum copia, & multitudine, quæ patebat latissime, paucissima quædam leviter agit; tres olivarum, totidemque pyrorum species: Nihil enim est magis alienum ab ingenio carminis istius, quam series odiosa rerum singularium, quæ non potest, quin fastidio proxima sit, si descendat ad singula, minutiusque omnia partiatur. Ne forte levitatis ostentatione ita manifesta, fiat similis illi fabro tam inepte diligenti, de quo tam scite Horatius in poetica.

*Æmiliū circa ludum faber imus, & ungues
Exprimet, & molles imitabitur ære capil-
los,*

Infœlix operis summa.

Quod cadere minime potest in scriptorem emendatum cujus proprium est habere delectum, non sequi copiam. Cæterum cum vitare non possim, quin multa sint digna reprehensione: si velim excusare omnia, ipse vanus amensque sim. Quapropter ne verbosioris proemii libidine fatigem lectorem, cujus quæro gratiam, excusationum importunitati supersedebo.

P R Æ F A T I O.

Addam tamen verbum unum de fine, quem sibi proponit carmen διδασκαλικόν: qui cum non alius sit, quam qui propositus est poeticæ universali; res est proclivis. Nam generosior est ejus spiritus, quam ut amet simplices nugas, nudamque vanitatem: tamen si summam artis ponat in movenda delectatione: in quo Philosophia ipsa videtur sapientior, quæ severitatis suæ tristitia per investigationem veritatis faciat multo difficiliorem. Finis itaque poëticæ istius, perinde ac universæ, est docere: quæ, ut monet Horatius ad Lollium,

Quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile,
quid non:
Plenius ac melius Chrysisippo, & Crantore
dicit.

In quo Senecam, hominem cæteroquin non inconsideratum, sed criticum nimis interdum præfidentem, ferre satis patienter minime possum, qui summa judicii licentia putet Virgilium in Georgicis, non quid verissime, sed quid decentissime diceretur aspexisse, nec agricolas docere voluisse, sed legentes delectare: qua in loco pervertit officium præcipuum poeticæ liberalioris, cujus partes qui feliciter sustinuerit Virgilio, perspicuum est unquam fuisse neminem. Quapropter non moror judicium

Sene-

P R Æ F A T I O.

Senecæ, de quo provocare possum ad conscientiam totius antiquitatis, quæ si sapimus, nobis semper est adoranda. Nihil autem necesse est dicere, quam parum verisimile sit, hominem in omni rerum naturalium cognitione exercitissimum, qui tanta cum religione versatus sit in cæteris, nugari voluisse in ea materia, in qua profitebatur disciplinam. Quid enim magis indignum viro liberali, quam ludere velle, cum docere debeat; & quærere delicias, cum facit expectationem rerum seriarum: quod de Virgilio quis ausit suspicari, nisi qui splendide stolidus sit?

Macrob. l. 2. Saturnal.

De terræ cultu, qui scripserunt ex antiquis, video innumerabiles apud Varronem: cum tamen unus prope modum Hesiodus, cum Menecrate Ephesio, carmine rem complexus sit, omnium, ut testatur Plinius ea de re scriptorum antiquissimus: ante millia annorum, inter principia literarum, Hesiodo præcepta agricolæ pandere orso. Quamquam Hesiodus mores hominum magis profecutus sit, quam naturas rerum; de quibus agendum sibi proposuerat: in quo licet Philosophi moralis potius, quam sinceri poetæ partes egerit: laudem tamen summam meruit; sed inferiorem longe Virgilio, qui perfunctus est eo munere, supra

Plin. hist. nat. proem. lib. 14.

P R Æ F A T I O.

mirationem. Quod facit, cur eum respiciam unum, qui contra quam soleat reliquum Poetarum vulgus, bene sciteque norit nihil præstare de se, nisi modestiam & simplicitatem, quæ meo quidem iudicio, consultissima via bonæ mentis est, cujus sinceritas, perfecta consummatio est sapientiæ illius, quam requirit Horatius ad Pisones, pro recta bene emendateque scribendi disciplina.

**Scribendi recte, sapere est & principium,
& fons.**



HORTO-



HORTORUM

LIBER PRIMUS.

FLORES.

Qui cultus lætis felices floribus hortos
Efficiat ; melior nemori quæ forma se-
rendo ;
Ducendæ quis aquæ , quis fructibus
usus habendis ,

Et canere , & cantu totum vulgare per orbem
Aggredior. Cælum ventis aperite serenis
Dii superi , quorum floret sub numine tellus.
Ignotam Musis me quando invitat Apollo
Ire viam , magno quæ primum ostensa Maroni ,
Extremo cum vela trahens sub fine laborum ,
Italiæ pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret , canere agricolis , populoque parabat.

Fas mihi divini tantum vestigia vatis
Posse sequi ; summoque volans dum tendit Olympo ,
Sublimem aspicerè , & longe observare tuendo.

Tu mihi , tu gentis lux , ô suprema togatæ ,
Præsida quo , Francæ florebut denique leges ,

LAMONIDE, legum si quid tutela tuarum,
Magnarumque sinant, tractas quæ pondera, rerum;
Adsis ô, mecumque meos spatiare per hortos.
Dumque altus Themidem, Themidisque palatia
magnæ

Summa tenes, & regna fori impacata gubernas,
Exemploque tuo mores, luxumque coërces,
Musarum tenues etiam ne despice lusus.
Fors erit, ut quamquã levia, & minus ampla secutum
Nominis æqua tui si vatem afflaverit aura,
Te possim canere, atque tubas æquare canendo.

Tum tibi grande meo veniet de carmine nomen:
Te nemora, & fontes, te patria rura loquentur,
Atque mei flectent se per tua tempora flores,
Unde immortalis nectam tibi ferta coronæ.

Principio tellus horto quærenda parando est,
Oberfa ad Zephyrum, & cælo subjecta salubri.

Cui non vicino collis de rure propinquus
Immineat, fumosque palus obducatur inertes.

Nam cælo imprimis flores lætantur aperto,
Nec possunt tardos stagnorum ferre vapores.

Ante pares autem ruri quam cuncta ferendo,
Quære, quod ingenium, quæ sit natura colenda

Telluris: tellus melior, cui plurima subter
Vlugo, pingui gaudent vligine flores.

Hanc fuge, quæ pictis latebras dedit ima lacertis
Argilla in sterili, vel quam nativus adurit

Tophus, & infelix cretosi glareæ ruris.

Atque ingrata soli ne forsan gleba rubentis,

Teque, tuumque habeat vana tellure bidentem,

HORTI
SITUS.

Salubri-
tatem cæli,
& uberta-
tem solis re-
quirere

Cato cap.
3. de re
rustica.

Palus o-
mnino modo
vitanda.

Pallad. l. i.
Plurimum

refert soli
eiusque
ratio. Plin.
l. 16. cap. 21

ἢ κρητύς.
ἢ ἀείων, ἢ
ἢ τὸ ἀπ.

Ne pigeat scrobibus fundum explorare sub altis :

Quosdam sæpe foli facies externa fefellit.

Intus enim vitium viridis sub gramine glebæ

Aut tophus scaber , aut urens argilla latebat.

Vidi equidem multos terram purgare lapillis ,

Multifori in cribro , ne scrupea saxa nocerent

Floribus, aut mollem premerent sub cautibus herbã.

Postquam autem, parte ex omni, constare videbis

Et cælum , & terram : nam terra obnoxia cælo est,

Ipsè mihi validam quatiens per tesqua bipennim ,

Limitem agat latum , & longe nemus omne repellat

Villicus , omne nemus, nocet omnis floribus umbra.

Tum rastro validisque bidentibus undique tellus

Verfanda , & vastum fractis æquanda per æquor

Aggeribus glebarum , hortoque paranda futuro.

Ne tamen æquatum properes describere campum

Areolis , buxumque solo plantare recenti.

Differ opus , totos autumnì perferat imbres

Campus iners, dum terra situ durata residat.

Et postquam fundo penitus perfederit imo ,

Actaque transferint glebis hyberna subactis :

Vere novo terram rursum versabis , & omnem

Æquabis rastris , & adunco vomere campum :

Quem deinde in varias buxo describe figuras.

Olim tempus erat , cum res Hortensis ab arte ,

Munditiem nullam , nulla ornamenta petebat.

Sæpe rosam passim permixtam agrestibus herbis

Vidisses; nec erant per humum segmenta viarum

Digesta in sese , & buxo descripta virenti.

Prima autem cultum pro se quæsiuit , & artem

γαλλώδης,
μη τε λίαν
τραχεία
Didymi in
γνώμων.
lib. xi. cap.
30.

ἀρότροις
γῆς ῥήξας
δάπεδον,
Aristoph.
ἐν πλεῖ.
Τομῶν ἐπὶ
πλεσὺν ἀ-
ρότρον.
Arpillon.
3. Arpon.

μεταξὺ τῶν
δένδρων
πληρέθω
ρόσων καὶ κρέ-
γων καὶ ἰων.
Florent.
γνώμων
lib. x.

Festa dies aderat ; vicini numina ruris
 Convenere ; ibat pando Silenus afello
 Cum Satyris ; dabat ipse Deus sua vina vocatis ;
 Adfuit & Cybele Phrygias celebrata per urbes ;
 Ipsaque cum reliquis Flora invitata deabus
 Venit , inornatis , ut erat neglecta , capillis ;
 Sive fuit fastus , seu fors fiducia formæ :
 Non illi pubes ridendi prompta pepercit ,
 Neglectam risere . Deam Berecynthia mater
 Semotam à turba , casum miserata puellæ ,
 Exornat , certaue comam sub lege reponit ,
 Et viridi imprimis buxo (nam buxifer omnis
 Undique campus erat) velavit tempora nymphæ :
 Reddidit is speciem cultus , cœpitque videri
 Formosa , & meruit : novus hinc decor additus ori .

Ex illo , ut Floram decuit cultura , per artem
 Floribus ille decor posthac quæsitus , & hortis :
 Quem tamen Aufonii cultores , quemque Pelasgi
 Nescivere , suos nulla qui lege per hortos
 Plantabant flores , nec eos componere norant
 Areolis , tonsaque vias describere buxo .
 Culta super reliquas Francis topiaria gentes ,
 Ingenium seu mite foli cælique benigni
 Temperies tantam per sese adjuverit artem ;
 Sive illam egregiæ solers industria gentis
 Extuderit , seris seu venerit usus ab annis .

HORTI
 FLORIFE-
 RI DE-
 SCRIPTIO .

Tuque adeo si quando hortum , villamq; parabis ;
 Quære duces operi eximios , artisque magistrum ,
 Qui tibi membranæ puro super æquore formam ,
 Exemplumque operis plumbo describat , & omnem

Cum

LIBER PRIMUS.

5

Cum duce & ipse tuo tecum meditare figuram,
Explorans, ne quid forsan, tellure sub ipsa,
Posthac ars pravum, vel inemendabile peccet.

Nam magis in summa, si quid deforme, figura
Et patet, & melius & longe sibi subvenit error.

Sunt qui mille modis pertexunt mille figuras
In buxo, quales Creta confusus in alta

Exhibuit Labyrinthus, & irremeabilis error.

Sunt alii, Phrygium quos ars imitata laborem,
Plus juvet, intonsæ ceu cum per stamina lanæ

Ducit barbaricos virgo Sidonia textus:

Et tendunt oras circum, quas floribus explent.

Multi simplicibus, rata per discrimina, quadris

Delectantur, ubi se flores undique prompti

Objiciant spectantum oculis, manibusq; legentum.

Sed quid ego innumeris hortorum exempla figuris
Proponam, unde tibi è multis optanda requiras.

Illa mihi reliquas placeat super optima formas,

Ipsi quæ campo, textu meliore, quadrabit.

Postquam cuncta tibi fuerint provisa, subactum

Area ferro iterum late explananda per æquor:

Ne si planities dorso decedat iniquo,

Deformet textumque horti, buxique figuram.

Mox ubi dura suo de frigore bruma remittet;

Cuncta tibi stratum buxo plebs rustica campum

Conferat, & quamquam causando multa moretur,

Festina, dum sole licet, cæloque sereno.

At quoniam florum penitus natura, genusque

Et varium est, & multa modis sunt semina miris:

Illorum proprios generatim discere cultus

Cum con-
supta bru-
majam
in tepe scie
annus, per-
mittit cle-
mentior
dies opera
moliri.

Colum. 1.

Pro- 2. cap. 2.

Profuerit, tum quo præsertim fidere crescant ;

*Πρὸς ἀπὸ
σύφους ἐ-
κάστη γῆ.* Quæ quibus est habilis tellus, quæ commoda plantis.

*Theoph. l.
8. c. 8. de
plan.* Nam neque quam variæ species, & semina florum,

Est numerus, nec quæ quibus est vis insita bulbis.

Quorum pars brumæ impatiens, & condita terræ

Ver tepidum expectat, donec se tollat in auras,

Pars hyemem passura, sua ab radice virescit

Per brumam, rigidos Boreæ aspernata furores,

Pars amat apricum solem, pars frigus, & umbram.

Nec tellus omnis vires dabit omnibus æquas.

Namque hos ficcus ager flores inuat, humidus illos;

Quæ cultu infelix, & cautibus horret acutis,

Utilis est aliis, aliis incommoda tellus :

Omnia solerti quæ sunt discenda colono.

*Τὸν ἐφείσω
τε τῆ τῆ
ἀγρῆ οἰκο-
νομία ἀνασ-
καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Dumque seris flores, iterumque, iterumque mo-
nebo,

*νομία ἀνασ-
καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Menstrua ut evolvas signantes tempora fastos :

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Cælestisque legas suprema volumina mundi,

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Et memor observes, quid sol, quid sidera portent,

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Quo ventos cornu, quo Cynthia provocet imbres.

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Namque tibi imprimis superis de rebus habenda

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Est ratio, venerare Deos, & sidera ferva.

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Nam neglecta aliis, & inobservata per annum

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Sidera sæpe nocent : superi posuere sub illis

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Fataque, fortunæque virum, vitæque labores.

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Ne te autem varii fallant discrimina cæli

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Ante juvat ventos præsciscere ; nam nisi noris,

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Ventorum morem varium, & mutabile cælum,

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Felicem frustra alterius miraberis hortum.

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* Et quamquam cæli veniat clementior aura

*καίον ἐστὶ
τοῖς και-
ρῆς, καὶ τοῖς
τῶ τροπῶν
μετεβολαῖς
ζηλώσκειν.* 17. cap. 2.

Cum

Dum vere, & Zephyris, tamen ipsis fidere ventis
 Desine: namque fidem produnt hoc tempore venti.

Nota aura agricolis, nihil est incertius illa.

Et licet ipse aries veris præfagia portet,

Aurato insignis villo, Zephyrosque reducat:

Nescio quid tamen interdum fatale minatur

Floribus, & duro per cælum fidere sævit.

Tempore non alio nubes gravioribus Auster

Rumpit aquis, segetesque ipsas populatur, & hortos.

Floribus ipsa etiam vis est metuenda relictæ

Frigoris; ah prorsus restent ne frigora, cælo

Respice, discedens vestigia certa relinquit

Tristis hyems, hæc signa memor servare memento:

Et quæ feminibus sint æqua, & iniqua ferendis

Sidera, sideribus certis nam femina certa

Sunt mandanda solo. Tu commoda tempora disc.

Ipsa suas postquam implevit topiaria partes:

Ne molli subeant campo, & dominantur in hortis

Herbæ infelices, hortorum margine in ipso

Inter & areolas, gracili perfundit arena

Terram omnem, purgatq; locum de mōre colonus.

Et nisi perpetuis campum insectabere rastris,

Ipsa etiam herba frequens sparsam superabit arenam,

Malvæque, tribulique & inexsuperabile gramen.

Nec te difficilis quamvis hæc cura retardet;

Namque suo veniet merces non fera labori:

Vix hyberna novo concesserit aura tepori,

Terra finus laxabit, & undique germine rupto,

Multa per areolas sese tibi copia florum

Fundet, opeque tui attonitus miraberis horti.

In omni a-
 griculturâ
 multum ir-
 ritionis obti-
 nere ven-
 tos. Plin. c.
 2. lib. 17.

Zephyrus
 ver incho-
 at, aperit-
 que terras
 tenui fri-
 gore salu-
 ber. Plin.
 lib. 18.
 cap. 34.

Quæ xē-
 πίων σι-
 μεία:
 Vide apud
 Aristote-
 lem &
 Theophras-
 tum.

Ἀντιμα-
 δοῖς ἡρῶ:
 ἀντιμώσ-
 τραί τ' ἰαπῶ:
 ἠρῶ.

B

Ipsa

Oppian. Ipsa autem, ante alios flores, candore nivali,
lib. 1. Hal. Fronde super larga tollet se primula veris:

PRIMULA
VERIS. Interdumque finus aperit diversa rubentes:
Et quæ non uno flores fucata colore,

CYCLA-
MINUS. Græca peregrinis venit cyclaminus ab oris.
Alter nam niveos, rubros ostentat amictus

Ἰστραπώιος Altera, florentes vernis in mensibus ambæ.

κυκλαμίνος
Nicand.in Corcyræ geminam montes peperere frequentem;
Georg. Et crebrum faxis Coritum, & nemorosa Zacynthus.
Mensibus æstivis floret quoque plurima, & ipsum
Deinde sub autumnum multo se flore propagat.

Ipsa etiam primo glacialis fumaria vere,
FUMA- Ostendet varios per Norica saxa colores.
RIA. At non horrendos cæli perferre tonantis
Ut perhibent poterit, læso non flore, fragores:
Cum vel fulmineo fumaria tacta vapore
Deficit, & lapsa infelix cervice recumbit.

CHAMÆ-
IRIS. Et tu flore tuo flammam imitata Chamiris
Versicolor te tollis humo, quam littore natam
Fama Borysthenio fecit de virgine florem.

IRIS VER-
NA. Montibus illa olim nimium famosa Boruffis,
Mænalix formam fertur sprevisse Dianæ,
Et meritos divæ ultricis sensisse furores.

Ἀπὸ τῆς Nunc quoque, cælesti quæ dicitur Iris ab arcu,
καὶ ἔρανον Splendebit, flores variata coloribus illis,
ἑμφρεσίας Quos pluvia accipiunt adverso nubila sole,
ὀνόμασαι, Iridis ac species varias, variosque colores
καὶ ἀπὸ τῶν ποικιλίας Distinguet, variis pro tempestatibus, annus.

ἀπειροσθη Tuque chelidonium, cum nuncia veris hirundo
ἴσθι τῆς Stagna super volitavit, avis de nomine dictum,

ἔρανια.
Diol. cap. 1

Ad

Ad primos veris Zephyros florere parabis.

Nec mora flaventi pallebit multus in auro
Narcissus, miser ah! quondam puer, ille sub undis
Dum se contemplatur, amat; sed perdit amantem
Forma, peritque suis oculis, de corpore amantis
Fecit amor florem, proprio qui pallet amori.

Et viola ipsa suos non jam celabit odores,
Quæ ferrugineo dum sese obnubit amictu,
Frondebis in mediis, humili de cespite surgit,
Ipsa humilis, simplexque, & simplice perlita fuce.
Et si sunt veri vates, si vera vetustas:

Nympha fuit, quæ jam flos est, comes una Dianæ.
Sed comites inter longe pulcherrima Ianthis.

Hanc olim vaccas quando pavisse Pheræas
Dicitur, errantem vidit cum Phœbus, amavit:
Nec vulnus celavit amans, perterrita virgo
Proripuit sese in sylvas, monuitque Dianam.
Illa, foror colles, inquit, fuge: namque supremos
Phœbus amat colles, & cælo gaudet aperto.

Ibat per valles virgo, fontesque petebat
Umbriferos, sepesque inter deserta latebat:
Iste pudoris amor, blandique modestia vultus
Addidit & formæ pretium, meruitque videri,
Dum latuit. Jam furta Deus, fraudesque parabat.

Cum dea: formosæ si non licet esse pudicam:
Ah! pereat potius quæ non fert forma pudorem.
Dixit, & obscura infecit ferrugine vultum:
Jam deformis erat, fuerat quæ pulchra, Dianæ
Nec sic displicuit: florem nam diva puellam
Esse dedit, tanto pro virginitatis amore,

CHÉLI-
DONIUM.

NARCIS-
SUS VER-
NUS.

Θεατρὸς δὲ
τῆς οἰκείας
μορφῆς ἐ-
ργασίης ὁ αὐ-
τὸς καὶ ἐρω-
μῆτορ διε-
φείρατο.

Γεωπ. lib.

XI. cap. 2 §.

VIOLA.

Ἴον μὲν ἄ-
σεν αὐτῆς.
Oppian.

Ἴτα μὲν Φῶ-
ρέοιτε δ'
ἀκκαθάς.

Theocritus

Idyl. 16

HYACIN Cui suus est & honos, & primum servat odorem.
THUS. Vere suos etiam, cessent modo frigora, promit,
 Ον φοῖβος Quos Hyacinthus habet, Phœbi de crimine, flores.
 θρηνησεν, Namq; sub Eurotam dum Phœbus torquet in auras
 ἐπειράκο- Imprudens discum, pueri per tempora venit
 εσις ἔκτα Obliquus, pariter de vulnere palluit isto
 πάντα βα- Et Deus, & juvenis, fuso de sanguine surgit
 λων πρεα- Flos novus, & primos Phœbi testatur amores.
 παροίθεν At species non est Hyacinthis una, nec uno
 Αμυκλαίης Vere, sed æstivo passim quoque tempore florent,
 ποταμῶνιο Nec simplex flori color est, in simplice forma.
 πορθήβλω
 ὑάκινθον.
NICAND. Tunc etiam tollunt humili se colchica Thyrso,
in Ther. O- Quorum vagina flores rumpuntur ab arcta
vid. Met. Diverfi, & varios fundunt per rura colores.
x. & Luc. Jamque per areolas pictum caput arduus effert,
in Dial. Supra alios longè flores, qui fronte superba
Deor. Duxit ab imperio nomen: plebs undique florum
COLCHI Agmine circumstat denso, seu forte salutet
CUM VER Regem humilis, capitifq; altum veneretur honorem.
NUM. Illi surgit apex, summo sub vertice virgæ
NARCIS- Aureus, hunc apicem crista viridante coronat
SUS IMPE Ingens luxuries foliorum, & vertice ab alto
RIALIS. Quatuor emittit sub eodem stipite flores
 Inversos in humum, & folio pendente recurvos.
 Nec florum numero ex omni formosior esset,
 Nec qui per campos regnaret dignior alter:
 Si formæ insigni dotem junxisset odoris.
 Et Regina fuit, si famæ creditur, illam
 Perdidit ah! miseram rumor malus, ipsaque sponsi
 Credulitas, solos errabat mœsta per agros,

Et

Et regnis pulsa, & thalamis, longoque dolore
 Tabuit in florem. At primam mutata figuram,
 Formam etiam dignam imperio cum nomine servat.
 Nec servavit eum, rapuit quem rumor odorem,
 Usque adeò est rumor formosis semper iniquus.

At tibi si puri soles, & aperta serena
 Contigerint, nulloque graves à frigore Lunæ:
 Mane novo florum ingentem admirabere sylvam, **TULIPA.**
 Omnibus areolis. Omnem nam multa per hortum,
 In tenues foliis se versicoloribus auras
 Proferet, atque suum ostendet tulipa decorem,
 Cui formæ pretium varii fecere colores.
 Nam seu permixtum niveo candore ruborem
 Confundat foliis, sive illam sparsa cruentet
 Purpura, seu ritu viduarum, veste sub atra
 Palleat, aut varium filis imitetur achatem,
 Obtinuit primos formæ excellentis honores.

Et si vera fides, qui flos jam lucet in hortis,
 Dalmata virgo fuit, fontis cui Nympha Timavi
 Mater erat, Proteusque pater, sic omnia rerum,
 De patris ingenio, Nympham diversa decebant.
 Nam seu pallam auro textam, seu simplice lino
 Indueret, cujus seu cumque coloris amictus,
 Sive ferox esset vultu, seu blanda, placebat.
 Orbe pererrato fines Vertumnus obibat
 Illyrios, Nymphæ matris sub fonte sedenti
 Dicere blanditias, & amantia verba parabat.
 Illa autem longè fugit averfata parantem.
 Sed variorum ut erat virgo studiosa colorum,
 Vertumnus formas sese vertebat in omnes,

*Tulipa-
rum disse-
rentia ines-
fabiles
sunt, adeò
ut merito
regina flo-
rum dici
mereatur.*
Iul. Scalig.
in Theo-
ph.

*Eã πικῶνα
Theophra-
sti idem
Scaliger
esse suspi-
catur spe-
ciem Saty-
rii alii,
cum Dios-
coride.*

Pro vario Nymphæ ingenio, si forte placeret.
 Verum ubi vota Deus se perdere sensit, & artes,
 Perdere blanditias, audax jam factus amando,
 Se pariterque Deum, pariter confessus amantem est,
 Vimque aded addebat verbis: servate pudorem,
 Dii patrii, exclamat virgo: cœpitque videri
 Digna suis votis, factus de virgine flos est.

Quod fulsit nitidis aurum crinale capillis,
 Et quæ tæniolæ capiti, vittæque fuerunt,
 Mutantur foliis; largo de pectore thyrsus
 Fit gracilis, qui se tollit sublimis ab alta
 Luxurie foliorum, ipso de vertice thyrsi
 Flos calicem cælo versum componit, in orbem
 Oblongum, senaque calix se fronde coronat,
 Omnes pandit ubi, quot habet, natura colores.

Nam virgo quamvis formam mutata, colorum
 Quos habuit, primos etiam servavit amores.

Floribus his autem vitio telluris ab ipso
 Major forma venit: quod enim mirabile dictu,
 Affecto ex habitu, & fundo infelice, sequuntur
 Confusi melius majori errore colores.

Et si forte velis his floribus addere formam:
 Languens quære solum, languor dabit ipse colorem
 Tulipis: tellus ah ne sit fertilis illis,
 Quæ male, de fundo nimium felice, rubebunt.

Exin dives ubi pulvillis omnibus hortus
 Floruerit, madidis si fors Notus imbrifer alis
 Ingruat, aut gelida Boreas effusus ab Arcto,
 Ferte diis herbas, gaudent florentibus herbis
 Dii superi, tollat vivo de cespite florem

Votivum, & tepido pro sanguine, portet ad aram
 Villicus. His perhibent olim placasse tonantem
 Muneribus Glyceram, dum cælo cogeret imbres:
 Illa potens voti frontem redimita coronis,
 Templorum ornabat textis altaria fertis:
 Tempore quo, lectis è gramine floribus, aras
 Simplice munditia, & cultus non prodiga magni
 Infima plebs voti nondum ambitiosa colebat.

Imbribus & quondam nimis memini ipse malignã
 Temperiem vidisse anni, multumque madenti
 Aprilem perflatum Austro, quo perditus omnis
 Veris honos, & spes anni populata recentis.

Tunc olim, ut fama est, vallis per rura Sabinæ
 Mos erat ambusto celebrare Palilia sceno.
 Tum madidus vino divinæ pastor agebat
 Festa Pali, ne grando fatis, pecorique noceret:
 Urebat paleas campis, sti pulasque fabales,
 Placabatque deam, cui Februa sacra parabat.

Lucida Sidonii parent cum cornua Tauri:
 Pratorum quondam nymphæ, nunc florea nymphis
 Ornamenta, tuo flore bunt Bellides horto:
 Quas inter major sylvestris, caule præalto,
 Hortensis nam flore minor, sed larga parentem
 Nobilitat late soboles, quæ surgit ab uno
 Caudice, picta sinus fili de more trilicis.

Tum niveos Iris, quam mittit Etruria, flores,
 At Lusitano quæ venit littore, profert
 Luteolos, forma hæc spectabilis, illa colore.

Et qui per montes sese Narcissus Iberos
 Sublimi attollit junco, folioque comanti:

PALILIA
Festum
 Pals 21.
 April. ex
 4. Fast.

BELLIDES

IRIDIS
 SPECIES
 VARIÆ.

SISYMBRIUM.

Sisymbrii
 coronis ad-

Quæ-
 debatur.

nuptiali-
bus, eoque
sponsi coro-
nabantur.

Bodæus
ex Phavo-
rino apud
Theoph.

lib. 6. plant
FLOS JO-
VIS.

FLOS ADO-
NIDIS.

RANUN-
CULUS.

CALTHA

LEUCOI-
UM.

Λευκόνιον

ἔχει πολὺ

ἀρίστη δὲ

ᾠδίαν, ἀλ-

λαὶ αἴθρῃ

ὀλίγιστον.

Iceni de

plantis a-

pud A-

then. l. 15.

Quæque per irriguas lætata Sifymbria valles
Crescunt, nectendis cum myrto nata coronis,

Flosque Iovis varius, folii tricoloris, & ipsi
Par violæ, nulloque tamen spectatus odore.

Prodit & Idaliæ Veneri ploratus Adonis:

Illum etiam, primæ quamvis insignia formæ

Mutarit, dignum aspiceres, quem Cypris amaret.

Namque genas juveni, quæ pinxit purpura, florem

Pingit adhuc, per agros ardenti murice lætum.

Tu quoq; mulcendis blando qui carmine nymphis,

Littore clarus eras quondam, Ranuncule, Mauro,

Per virides campos, te versicolore paratu

Ostentas, tacitoque animum pallore fateris.

Nam puer arcano mentem labefactus amore,

Quos dederat nymphis, cantando acceperat ignes.

Omnibus est illis facilis cultura, neque ullam

Expectant rastro curam, incurvique ligonis:

Cum semel emissis tulerint radicibus auras.

Nec vos pallenti flavescentes lumine calthæ

Transferim, Siculo quas herbifer Acis in agro

Nascentes, curvo primus sub littore vidit.

Calthaque Solis amans, Solem dum spectat amatum;

Duxit eum, quem fert, ipso de Sole, colorem.

Parte alia, toto viridis sub margine buxi,

Crisparique comam, summoque cacumine findi

Paulatim incipiunt, folio variata rubenti

Leucoja: inclemens ah! ne vos læserit aura,

Pro flore egregio, & merito pro floris odore:

Et quod non poterit brumam durare, nec imbres

Hybernos, tristesque minas Aquilonis iniqui,

Leu-

Leucoji genus omne, cavis imponere testis
 Cura fit, ut rauco si turbidus imbre November
 Ingruerit, testæ impositum transferre, sub imam
 Possis deinde domum, atque cavis servare sub altis.

Est quoq; Sambucus, patriis quam mittit ab oris
 Gueldria, flore rosas candenti imitata tumentes:
 Hanc etiam regnare tuos patiare per Hortos.

SAMBU-
CUS.

Ut bene floreret, primis in mensibus, annus,
 Ad Majas festum instituit Florale calendas
 Posthumius: molli tunc primum operatus in herba
 Villicus implicitis, phylira frondente, capillis,
 Sacra indicebat festo Floralia pago.

FLORA-
LIA,
mense Ma-
jo lib. 5.
Fast.

Agricolæ plexis ornabant tempora fertis,
 Et matrem florum, Majo florente, piabant,
 Primitiis Hortorum. At postquam Athamantidos

Helles

Cedere vectorem cælo spectabis ab alto,
 Iam flores Hortis alios variare videbis.

Maternumque bono si mensem aspexerit astro
 Magnus Atlantiades: nec campos imbribus atris
 Obruat Oleniæ fidus pluviale capellæ:

Ipsa tibi solito jam lætior, omnibus herbis
 Luxuriabit humus, dumis redolentibus, ipsæ
 Florebunt sepēs, & rara fronde myricæ:

RELIQUI
FLORES
VERNI.

Florebit tum molle cicer, viridesque genistæ,
 Et Pelusiæ colocasia nota Canopo,
 Nodisque spinisque frequentibus asper acanthus,
 Parthenique nitens folium, rorisque marini,
 Isthmiacumque apium, vicinaque salvia rutæ,
 Et viridem jam sera comam, juncosa triorchis,

B 5

Et

Et matronales violæ, Alpinumque thalictrum.

Vosque per Allobrogas carpenda phalangia valles,

Et thymus & rhamni, nec non & nardus agrestis,
Sedumque, isopyrumque, antirrhinumque, nec ipsi

*Moly lan-
datissima
herbarum*

Arcadicum moly, flos prætermiffus Homero.

Omnia quæ cultu, positum per semen, eodem

Proveniunt; flores pulvillis omnibus illos

Homero.

Conficere, & campum late his vestire juvabit:

Plin. l. 15.

Ne pars ulla tuos sit non spectata per Hortos

C. 4.

Tantum disce suo bene ponere tempore semen.

Et iusta campo immiffum memor occule terra.

PÆONIA.

Pæonis at silva, per se, sublimis ab alta,

Florem pandit ovans, faturo perfusa rubore:

At non ille tamen non est rubor ille pudoris,

Crimen habet, tetro quod flos declarat odore.

Felix nympa, deum si non habuisset amantem.

Nam cum, Cynæo quondam sub littore, regi

Pæonis Alcinoo candentes pasceret agnos:

Cavit mortales virgo, superosque cavere

**CONVOL-
VULUS.**

Non potuit, factus cælesti crimine flos est.

*Est flos non
dissimilis*

Et tu rumpis humum, & multo te flore profundis,

*lilio, ac ve-
luti natura*

Qui riguas inter, crescis convolvule, valles,

*rudimen-
tum lilia*

Dulce rudimentum meditantis lilia quondam

*facere con-
discentes.*

Naturæ, cum sese opera ad majora parabat.

Plin. l. 21.

Mox quoque sponte sua cyani, & delphinia, totos

Incipient textu vario frondere per agros:

Et pictos blande emittens blattaria flores,

Nec non diverso virosa aconita colore,

CYANUS,

Fœniculumque, acinonq; lupique volubile gramen,

**DELPHI-
NIUM.**

Qui varii formis; variique coloribus omnes,

Osten-

Ostendent varium, per buxea texta, decorem.

His, & mille alijs sine nomine floribus Hortus
Dives erit, lateque suos jactabit odores.

Omnia tum cælo rident hilarata sereno :

Annus agit Zephyros, quos molli gramine tellus

Excipit, & cantu exultans philomela salutat,

Lascivique greges perfultant pabula læta,

Lætifico mentes perculsi vere novellas.

Non illo quisquam me tempore durus in urbem

Ire velit, jubeatque meo discedere rure,

Gaudia ruris amem liberrimus. O ! ubi qui me,

Alma Turo, riguos delatum sistat ad amnes,

Carum inter, Ligerimque, suis qui maxima Franci

Littoribus late ostendunt miracula ruris.

Salve ô magna parens Hortorum, Patria tellus;

Cui neque Bantini saltus, non molle Ferentum,

Non Surrentini colles, vallesque Sabinæ,

Non ager Oebalius, regnataque rura Phalanto,

Non se se æquiparent felices Tiburis umbræ.

Adde omnem lætam rivis, & fontibus oram,

Pratorum immensos tractus, & amœna secundum

Flumina, vitiferos utroque ex littore colles.

Quid memorem variis opulentam mercibus urbem,

Et studia, & mores populi, quem serica texta

Tractantem fecit cæli clementia blandum ?

Adde umbras nemorum æternas, & mollia semper

Gramine prata novo, & nūquã sine floribus Hortos.

Talis ager, liquidis quem Sequana perfluit undis,

Tales Medonici colles, vicinaque rura

Sancloyii, nec non Richelidis arva Ruellæ,

BLAT-
TARIA.

Τῶν ἀνέ-
μων πύστε-
σι.

Anthol. 6.

Οὐκ ἐθέλω
κατὰ πρό-
σιν, ἀλλ'
ἐπ' ἀργύρης
δαίνυθαι.

Nicæne-
tus Samius
apud A-
then. l. 1. 15.

Et

Et Sangermani montes, habitata supremis
 Numinibus sedes, & Mommorantia vallis,
 Quæ te ostentat herum, campum; Condæ, per
 omnem,

*Antiqui-
 eas nil pri-
 us mirata
 est, quam
 Hesperidi-
 dum, Semi-
 ramis, &
 Alcmæoi
 hortos. Plin
 l. 19. c. 4.*
 Non fundo tam læta, tuis quam clara triumphis.
 Nec mihi, quos olim regina Semiramis Hortos,
 Grandi mole super, tectis suspendit ab altis;
 Nec vos, Hesperidum viridaria culta sororum,
 Pomaque flammifero quondam vigilata draconi,
 Aut vana Elyfios jactarit Græcia campos:
 Tanta Parisiæ postquam miracula ruris,
 Et luxu undantes hortos ædesque superbas,
 Et nemora, & fontes, fictosque canalibus amnes,
 Totq; domos populorum auro, ac sudore redemptas,
 Exhibet ipsa suis dives Lutetia campis.

*Λύχνης σε-
 φανωμάτι-
 κή, ἀνθ' ὅ-
 ἔστιν ὁμοίον
 λουκοίω,
 πολυκρόμε-
 νον εἰς τὰ
 σεφανία.
 Dioscor.
 l. 3.*
 Sed quid ego hæc longis verborum ambagibus usq;
 Persequor? urget ubi grandis me copia rerum.
 Tu cælo, quando mensis Iunonius ibit,
 Villice tolle manus, Tauri de fronte minantur
 Imbrem Hyades, dubio pendent dum nubila cælo,
 Si precibus places superos, nimbosque repellas,
 Ipsa alios humus, atque alios uberrima flores
 Proferet, & pictis lucebunt omnia campis.

*ASPHO-
 DELUS.
 Ἐν μεγά-
 λη τε καὶ
 ἀσφοδέλω,
 μέγ' ὀνείαρ
 Hesiod. 1.
 NASTUR-
 CIUM.
 CYTISUS.*
 Aspicias tollentem alte fastigia lychnim,
 Quemque olim Afræus celebravit carmine vates,
 Asphodelum vesca sese radice ferentem,
 Et Byfantini dictum de nomine Regis.
 Majorem cyanum, mox & clypeata per omnes
 Horti pulvillos nasturcia, mixta frequenti
 Spectabis cytifo, juvenum pulcherrima quondam.

Corpora, nunc flores, venator Dardanus ille,
Hic erat Argolica pastor de gente profectus.

LINARIA!

Nec te coniferas foliis imitata cupressos
Tardabit longum posthac linaria tempus
Dicta Italis bello de nomine, bella videri.
Ipsaque cui violæ sublucescunt purpura nigræ
Anthemidi permixta suos aquilegia flores
Per virides hortos, Tauro lucente, parabit.
Miscebitque suos tum demum utrique colores,
Flos Helenæ illius, totum quæ tanta per orbem,
Tam magno Europæ, atq; Asiæ repetenda tumultu,
Tot conjuratis incendia moverat armis.

ANTHE-
MIS.
AQUILE-
GIA.
HELENI-
UM.

Tum Germana sinu sese digitalis aperto
Ostendit campis, cui discolor aura refulget,
Et tu non uno insignis calamyntha decore,
Anthoraque, Ætiopisq; rubroque colore tryallis,
Scillaque, diversum triplici quæ flore per annum
Lentisco similis, tria tempora monstrat arandi.
Floriferumque lytrum, tyrioque superbus in ostro.
Consolidæ regalis honos, obscuraque in hortis
Cerinthe, vulgusque aliorum ignobile florum.

DIGI-
TALIS.
CALA-
MINTHA.
Εβουδίας
τε θρυαλλίς
Nicand.in
Ther.

Unde autem cælum insolitos aspirat odores?
Non fallor, Zephyri favet aura, rosaria florent,
Purpuream jam dumus agit de germine glandem
Floris odoriferi: plebei cedite flores:

Lentiscus
tria tempo-
ra mōstrat
arandi
Cic. ex A-
rat,
ROSA.

Hortorum regina suos ostendit honores.
Præ qua puniceis ardens aurora quadrigis
Palleat, atque suos confundat Delia vultus.
Sed quæ se hefterno nondum rosa credere Soli
Audebat, nexus omnes, atque omnia rumpit

Εἰ πῶς
ἀνθεσσιν ὁ
Ζεὺς ἐπι-
θείναι βασι-
λίαν, τὴν ῥό-

Vin-

ἰβασίλδ- Vincla, premi impatiens, & germine turget aperto.
 πε. γῆς ἐστὶ Posses de forma reginam, deque pudore
 πρόσμῳ, Virgineo posses sentire, fuisse pudicam.
 φυτῶν ἁ- Nam pariter regina fuit, pariterque pudica;
 γλαίσμῳ, Rumor Amazonia natam de gente ferebat,
 ἰφθαλμοῖς Non verus. Nam Græca fuit, bimarique Corintho
 ἀνθίων, Iura dabat, Grajas vulgarat fama per urbes,
 &c. Achil. Insignem meritis. Iamque omnis Achaja nympham
 Tatius. Optabat, nymphæque alto de sanguine reges.
 Et prior ante omnes ibat bellator Halesus,
 Ifiadesque Brias, qui se septempace Nilo
 Iactabat natum: venit ipse bipennifer Arcas,
 Deponitque suas lauros, bellique tropæa,
 Thebanis tulerat victor quæ plurima campis,
 Reginæ ante pedes: & spes affectat easdem.
 Illa ferox animi (faciebat forma ferocem)
 Non has, inquit, eram vobis quærenda per artes,
 Debellanda fui, non exoranda; nec illos
 Sustinet audire instantes, populumque, patresque
 Ducebat secum armatos, temploque subibat.
 (Illud erat sacrum Soli, Solisque forori)
 Turba omnis sequitur gradientem; venit ad aram
 Virgo deam implorans, pro virginitate tuenda.
 Ecce autem incensus furis & Halesus, & Arcas,
 Ifiadesque Brias, cum magna parte suorum,
 Accurrunt, rumpuntque fores: fit pugna, resistit
 Omni cum populo, mediisque in millibus ardet
 Exultans armis regina, procosque repellit.

At ceu majores audacia mixta pudori
 Addiderit flammæ oculis, seu forma sub armis

Creverit, omnis erat quæ circumfusa Rhodanthen,
 Plebs ardentem oculis, & mira luce coruscam
 Obstupuit, magnoque simul clamore: Rhodanthe
 Sit dea, tollantur magnæ simulachra Dianæ:
 Reginam imponunt aris, tolluntque Dianam.
 Fraternos animos injuria facta forori
 Permovit, læsoque furens pro numine Phœbus
 Ultiores radios obliquo lumine torfit:
 Lumine quo, cœpit primum tædere Rhodanthen
 Esse deam. Nam pes per sese altaribus ipsis
 Figitur, & ductis saxo radicibus hæret.
 Iam virides tollit ramos, dum brachia tendit.
 Languet egens animi, sed adhuc regina, suamque
 Dum mutat formam, vel sic mutasse decebat,
 Nam pulcher flos est, fuerat quæ pulchra Rhodan-
 the,

Felix, divinos si numquam visa fuisset
 Digna pati cultus, nec sic meruisset amari.

At populus, læsa pro majestate Dianæ,
 Spinarum horrentem in cumulum conversus, acutis
 Reginam telis etiam est defendere promptus,
 Fitque Brias volvox, Arcas fit fucus, Halesus
 Papilio, servant primos qui floris amores,
 Certatimque rosam crebro affectare volatu
 Non cessant, totisque fragrantem ambire diebus.

At florum è numero forma spectatior omni,
 Est ævi brevioris, habent sic optima casus
 Quæque suos, nec fata ferunt res longa beatas.

Sed neque quot species, & quam diversa rosarum
 Nomina sint, justo possim comprehendere versu.

Ῥόδον κρο-
 λόν ἐστι, καὶ
 ὁ κρονον
 αὐτὸ κρο-
 ραίνεσθαι.
 Theoc.

Flores in
 diem gignit
 naturam
 ra, magna

Cen-

*ut palam
est admo-
nitione ho-
minum,
quæ specta-
rissime flo-
rent, celer-
rime mar-
cessere.*

Plin. cap.
10. lib.

SALIVN-
CA.

NARCIS-
SVS TV-
BER.

Undantique sinu, & crispa cervice comantes
Effundunt spinæ crebra sub cuspide flammæ.
Simplice sunt aliæ folio. Quid deinde Damasco,
Aut Nomadum è sylvis, aut ex Iericonte profectas
Commemorem, vel quos fert Lusitania cistos?

Ipse tuos etiam per agros salianca decebit,
Quamquam puniceis non æquiparanda rosetis.

Sed non difficilis fuerit jactura rosarum,
Quæ tunc prætereunt, cum cælo lucet Orion,
Is modo Narcissus, quem gens à tubere dicit
Celtica, fictilibus tibi floreat altus in urnis.

Namque peregrinum nobis, cisque æquora vectum,
Extremis nuper Francus mercator ab Indis
Attulerat: culto Calaber quem nobilis Horto
Exceptum, Romæ primum, gentique Latinæ;
Mox toti deinde Europæ transmisit habendum.
Formæ excellenti flos candidus addit odorem
Eximium, nivæque ostentans frontis honores,
Erigitur, lateque omni dominatur in Horto.

At te divini si quando gratia floris
Ceperit, hunc reliquis Horti præ floribus unum,
Sedulus imprimis selecto vase reponere
Præcipuum, tristes cæli ne perferat auras.
Ah! ne illum lædant venti, neve atterat imber
Improbus; & cælo dum Sirius ardet ab alto,
Abde domo florem tenerum, & violenta timentem:
Non queri indignum trans æquora, transq; remotos,
Indorum fines, & nostris floribus addi.

Nec tibi mox etiam deerunt, quæ flore recurvo
Cymbala puniceum jactant virgata colorem,

CYMBALA-
LUM.

Qui

Qui flos ni costis retro tendentibus iret,
 Liliū erat, alium quando non fundit odorem.
 Ipsū etiam filis auro radiantibus ardens,
 Lucebit saturo chrysanthes murice pictum.
 Et quamvis virides male pingat amaracus Hortos,
 Ne tamen illius curam aspernere: benigni
 Nam si prædulcē vim naribus afflet odoris,
 Fors erit, ut studeas etiam componere testis
 Emeritum, blandæ noris cum præmia plantæ:
 Quam Venus ipsa sibi eximiam, Simoente sub alto,
 Plantavit, plantamque suo donavit odore.

Mox & Achillæam foliis se mille ferentem,
 Et varias toto miraberis Irides Horto:
 Et linum, & malvas & semper flore decoram,
 Luteolo melilotum, & quæ radice tenaci
 Ductantes plaustrō tauros cunctatur ononis,
 Molle rubens rudibus sed detestata bubulcis.

Si se tum virides nympharum turba per Hortos
 Effundat, manibus flores decerpere plenis
 Ne dubitet, textisque imponere ferta quasillis,
 Unde sibi plexam componat quæque coronam,
 Et caput, atque sinus lectis de floribus ornet.

At triste exemplum paveant, fugiantque puellæ,
 Regina immeritos quo quondam Ægyptia flores,
 Funeris horrendi tristes temeravit in usus.
 Actiaco postquam sub litore fusus, & amens
 Fœde terga dabat positus Antonius armis:
 Illa autem ne se victori forte superbo
 Traderet, aut matres spectaret ferva Latinas,
 Præmissos furto, mediis in floribus, angues

Μάλα δ'
 ἀντὶ ἀμο-
 ραν ἔειπεν.
 Nic. in
 The.

ACHIL-
 LEA.
 LINUM.
 MALVA.
 MELILO-
 TUM.
 ONONIS.

USUS VA-
 RII FLO-
 RUM.

Funus Cle-
 opatra per
 flores. Le-
 ge Plutar-
 chum in
 vita Anto-
 nii, & Vir-
 gil. 8. Æ-
 neid.

Admovit lateri nudo, floresque sub ipsos,
 Rapto expiravit mulier furiosa marito.

Sunt alii florum, atque alii, quos exequar usus,
 Floribus ut variis, magnum cratera coronant,
 Ingentique abaco super, atque tapetibus altis
 Sublimem imponunt, aut inter splendida magnæ
 Ornamenta aulæ, qui late spargat odorem.
 Festa suis alii templorum altaria fertis
 Intendunt textu vario, perque omnia fundunt;
 Aut inter cœnas procerum, accubitusque superbos:
 Nec non & vulgus famulantum, & turba ministra,
 Floribus ex horto lectis, & suavibus herbis
 Exornat lances, quas mensæ imponit hirili.

LIQUO-
 RES EX-
 PRESSI
 FLORI-
 BUS.

Sunt & qui flores, prunarum ardente favilla,
 Incoquere, & lentos soleant torrere per ignes,
 Vas intra oblongum, vel clausi concava vitri:
 Fumidus it fursum vapor, & frigentis aheni
 Hæsit ubi lateri incluso, algoremque recepit,
 Paulatim rorem fluidus densatur in udum,
 Excurritque vagis patefacta per ora fluentis:
 Stillantemque in aquam florum se spiritus omnis
 Exprimit, atque novas recipit de funere vires.

Floribus ipsa etiam è tritis ars ducit odores.
 Nec non vibrandis per luxum unguenta capillis,
 Quasque Tarentino quondam Seplasia merces
 Fecit avara foro, cujus de pulvere fractus
 Annibal, exitium quando infelicis Elisæ
 Ulturus bello, Romæ suprema parabat.

Quid memorem, ut florum exemplo, atque co-
 loribus ipsis,

In-

Incepit pictura suos miscere colores.
 Sic quondam factus Glyceræ de munere pictor
 Pausiades, cum per discrimina mille colorum
 Pingebat flores, quos ad se nymp̄ha ferebat.
 Inde suos etiam, Serum de stamine textus,
 Illufit variis texantum cura figuris.

Mel quoque, summorum munus celeste deorum,
 Vestrum opus est, volucres qui mellis dona daturas
 Pascitis, egregii vestro de nectare flores.

Forfitan, & florum morbis qui tristibus usus,
 Quæque potestates herbis, quæ dona medendi
 A superis concessa olim mortalibus ægris,
 Cantarem, ni me spatii urgeret iniquis
 Copia dicendi, & cursum properare moneret.

Namque Parisiacæ qua Sequana defluit urbi,
 Rure suburbano, vitæ vir celibis, horti
 Cultor erat, carpens privatæ gaudia vitæ.
 Et quamvis illi non essent prædia longis
 Conspicienda jugis, pictæque tapetibus ædes:
 Regum fortunas magnorum, paupere fundo,
 Æquabat, servans inopi non multa senectæ.
 Nam sæpe & flores longinquo ex orbe petitos,
 Et quas præsentibus morbis cognoverat herbas,
 Montibus afferri externis mandabat, & horto
 Plantari, tum multa, super felicibus herbis,
 Monstratosque usus, charis narrabat amicis.

Languentum interea vicinis undique pagis,
 Cernere vulgus erat concursu accedere magno:
 Et miseris omnes solamen quærere rebus.
 Ibant, atra quibus pectus torrebat anhelum

*Pausias
 Glyceræ in-
 ventricis
 coronarium
 imitatione
 picturam
 ad nume-
 rossimam
 florum va-
 rietatem
 perduxit.
 Plin. lib.
 35. c. 216*

Febris, & immiti carpebat viscera flamma,
 Et quibus illuvies membris immunda fluebat:
 Ibant ipsi etiam, quibus acer anhelitus artus
 Quassabat, diros agitans sub corde tremores:
 Et quos nullæ artes poterant sanare medentum,
 Floribus ille suis morbos tollebat, & herbis.
 Omnes namque domum læti, vegetique redibant;
 Vatibus ipse aliis quæ commemoranda relinquo.

GRANA-
 DILLA.

Mensibus his nostros etiam granadilla per hortos
 Floret, Amazonii quam litore fluminis ortam
 Ad nos extremo Peruvia misit ab orbe.

Flos alte incisus crispato margine frondes,
 Caule in sublimi, vallo prætendit acuto,
 Spinarum in morem: patiens ô Christe, tuorum
 Inscriptus foliis summa instrumenta dolorum.
 Nam surgens flore è medio capita alta tricuspis
 Surfum attollit apex, clavos imitatus aduncos.
 Sed jam flore finus maleagris picta comantes,

Χλοερὸν τ'
 εἰδιαντον.

Atq; echium, atq; larix, atq; hesperis, atq; adiantum,
 Æstivo varios ducunt à Sole colores.

Theoc.
 εἰδ. ν'.

Proferet inde suas, ardent dum brachia cancri,
 Cariophyllus opes, picto qui flore per agros,
 Præmia mutata ostendit pulcherrima formæ.

OCELLUS.

Pastor erat, cursuque feras dum turbat anhelò
 Cynthia, pascentem vidit per rura Niphatis,
 Pœnituitque deam; sed ne succumbat amori
 Tollit pastori, quos jam laudabat ocellos,
 Disperfitque agris, formoso è semine, nati
 Formosi flores, quos plebs quoque dicit ocellos.
 Est odor eximius flori, vagina tumentem

Col-

Colligit ima comam foliorum, incisa profunde
Sunt folia, & blande curvum crispantur in orbem.

At tu quæ flores in tergum averfa reflectis
Obliquos, ostro costas virgata rubenti,
Sin spatium unius possis durare diei,
Hemerocallis eris; vos illam optate frequentem,
In ferta ô nymphæ: sed si quæ gloria floris,
Si quis tangit honos, vos illam optate recentem.

Tum si forte tuis orobanche floreat hortis:
Ah ne, vicino sub gramine, ruminet herbam
Bucula: sed plantæ fatali parcere discat.
Nam vaccæ, admorso tantisper flore, feruntur
In Venerem, taurumque petunt, armenta que totis
Hinc furere interdum videas exterrita silvis,
Perque gregem indomitos ardere libidinis æstus.

Ardua candentes jam matricaria gemmas
Cuspidibus tollit longis, stipata frequente
Thlaspi. Cres nympham puer olim Thlaspis amabat.
Fortunati ambo, si mutua gaudia vobis
Venissent per non infelices hymenæos.

Interea gelidos per fontes uda chamaidrys
Gaudet, dentatis cervice simillima ferris:
Gaudent & foliis bicoloribus orchides ambæ,
Culturæ indociles. Nec jam reor abfore, quin mox
Aspicias hortum candenti albescere sylva.
Nam nisi sera æstas cunctabitur, ordine longo
Læta super virides tollent se lilia virgas.

Ante alias autem florem hunc sibi Gallia gentes
Præcipuum optavit. Phrygiis seu missus ab oris
Per Francum Hectoridem, cum parma inglorius alba,

HEMERO
CALLIS.H' μερο-
καλλίς τὴν
νύκτα μο-ραίνεται,
ἀμφοδὲ τῶἡλίῳ ἀνα-
τέλλουσι

θαλάσσης.

Athenæ.

lib. 15.

OROBAN
CHE.MATRI-
CARIA.

THLASPI.

CHAME-
DRYS.ORCHI-
DES,Amba or-
chides ex

Diosc. sunt

cynosorchis

ἔξ Ἐσαπι-
ας, ἀ Σα-
ραπί Ἐγύπτου.Bod. in
Theop. l. 9

LILIUM.

Liliū rosa

nobilitate

proximum:

nec ulli flo-
rum excel-
sit as major
candore jus
eximius.

Ἀδὸν τὸ πρῶτον ἐστὶ, μετακρίνεται εἰς τὴν ἑπεί. Theoc. εἰδ. 23.
 Appulit his primum terris, sedesque locavit :
 Sive, quod antiquos perhibent memorare parentes,
 Lilia, summo olim ceu lapsa ancilia cælo,
 Primus qui Franca Christum de gente professus,
 Accipit manibus puris Clodovæus, & ipsos
 Mandavit donum hoc divûm fervare nepotes,
 Pro gentis scuto insigni : & fatalibus armis.
 Quæ magni fatis Lodoici, pace sub alta,
 Iam florent : totum postquam terroribus orbem
 Implevit, belliq; omnem armorumque tumultum,
 Atque injustitiam, & fraudes, & sæva duella
 Componens, cunctis indixit fœdera terris.

CLYTIE. Ecce autem virides, ardenti Sole per hortos
 Pallet, & antiquos Phœbi suspirat amores
 Infelix Clytie, reliquos super ardua flores.
 Nam junco se se tollit sublimis in alto
 Ad Solem, si forte suo spectetur amanti.

Et crocus in parvos versus cum smilace flores 4. Met. O. vid.
 Nec deerunt Clytiæ comites æstiva secundum
 Solstitia, ipse crocus chara cum Smilace, virgo
 Hæc, puer ille, suos promittunt germine flores.
 Postquam crispatos imitata papavera cirros
 Floruerint : tum terra alios induta paratus,
 PAPAVER Diversos, in non diverso flore, colores
 Ostentabit, opum monumentum insigne suarum,
 Munus Eleusinae matris, Cereale papaver,
 Cui sublime caput, folium sandice rubenti
 Plin. l. 35. Puniceum : sed quæ species est alba, crepanti
 9. 21. Concolor argento, gaza resplendet agresti.
 Sanandos etiam ad morbos, exempta resectis
 Grana papaveribus, medicos adhibentur in usus,

Ægro, nocte sopor seu conciliandus iniqua,
Sive suus tussi modus imponendus anhelæ.

Non male tum Grajis florens eryngus in hortis
Quæritur, hunc gremio portet si nupta virentem,
Nunquam inconcessos conjux meditabitur ignes.
Illo flore Phaon meruit Saphonis amores:
Credita si quondam, sit adhuc credenda vetustas

At dum ferventi per agros canis æstifer astro
Perfurit, & nulli descendunt nubibus imbres,
Cum gelidos noctis rores Sol dissipat, & cum
Iam feræ veniunt altis de montibus umbræ:
Ne pigeat largos hortis inducere fontes,
Unde animam reddas herbis, ni stirpibus imis
Omnino aruerint, crebraque aspergine campum
Perlue, dum possis penitus reparare caducas
Languentum florum, vitali flumine, vires.
Non illos udis veniens Aurora capillis
Iam reficit, nec se ros humifer applicat herbis.

Sed reliquos inter flores, quos serior æstas
Proferet, insignes magis, & majore superbos
Ornatu videas immortales amarantos.
Nam florum late varium sine nomine vulgus
Per reliquam deinde æstatem, ferosque calores,
Luxuriare tuo passim sectabis in horto,
Horminū, hedyfarumq; rubens humilemque conyzā.
Stoechades, uscyamos, menthas, cichorea, nigellas,
Clematidem, armeriam, isatidem, caltasq; palustres,
Berberin, & gracili coriandra trementia filo,
Et geminum abrotonum, myrrhim, tenuemque
melissam,

ERYNGUS.

HORTI
IRRIGATIONO.

AMARANTUS.

*Summa
ejus natu-
ra in no-
mine est,
appellato,
quoniam
non mar-
cescit.*

Plin. l. 21.
cap. 7.

Ελίχρυσον
αίμαραντον
καλοῦσιν,
ἢ τοῖς θεοῖς
σεφανοῦσι.

Dioic. l. 4.

Καμυζή-
λοιο κορύ-
ζης. Nic.
Ther.

CETERI
FLORE
ÆSTIVIS

Buphthalmumque, fimumque, & olentia centaurea.
 Non aberit, vario pingit quæ rura colore,
 Diversos referens diversa calendula vultus.
 Sicqtie suos æstas alio dabit ordine flores,
 Autumnusque suos: sic, per sua tempora, florum
 Munere perpetuo redimitus habebitur annus.

Tum micat in pratis flos aureus, Atticus aster

Dictus Grajugenis, Latii cui nomen amello

Fecere agricolæ, riguis in vallibus illum

Pastores, fontesque ipsos, & curva secundum

Flumina decerpunt, nectendis torquibus aptum:

Tempore quo, foli vindemia pendet aprico.

Est etiam extremo qui nuper venit ab orbe

Narcissus, flores lucenti concolor ostro,

Auratisque litus maculis, ceu sparserit imber

Aureus, egregium texto sub murice florem,

Qui possit Tyrios foliis hebetare tapetas.

Vosque boni, vos illum Hortis inducite crebrum

Cultores, rurique novum decus addite Franco.

Ipsa per areolas buxus tondenda, sub ipsum

Septembrem, primive tepent cum tempora veris:

Si prius effusum paullo mollitus ad imbrem

Ramus erit, nimium ferro ne forte resistat.

Cuncti autem nec forte una, nec legibus iisdem

Nascuntur flores, positis pars altera granis,

Altera tuberibus, pars provenit altera bulbis.

Mense sub Octobri, bulbos tellure refossa,

Longa super tabulata, fereni ad luminis auras,

Ordine proponunt longo, dum protinus omnem

Collectum æstate humorem, tellure sub ipsa,

AMELLUS

Ἀστὴρ ἀττι-

κὸς ἔχει

φυλλοειδῆ

ἀστὴρ ὁμο-

ειδῆ.

1.4.

NARCIS-

SUS JA-

SONIUS.

Ad solem exuerint : purgatos tempore certo ,
Committuntque solo rursus , scrobibusque sub altis
Infodiunt , rigida durent ut frigora brumæ.

At non tuberibus similis debetur habendis
Cura , semel quæ missa solo , se sponte propagant ,
Summâ subter humum : tamen altius infode bulbos
Tuberibus , majoris egent humoris , & ipsum
Ni fundo subeant , metuunt penetrabile frigus.

Quod si non ipsos inter constare colonos
Aspicias , quo sint flores de mense ferendi ,
Observabis , ubi cedenti Scorpius ibit
Obvius Erigonæ , chelasque movebit inertes :
Cum gruis auditur raucæ , de nubibus altis ,
Clangor , & it tardis per cælum exercitus alis :
Non est ulla magis plantandis floribus apta
Tempestat : terram si , paucis ante diebus ,
Humifer antumnus largo tepfecerit imbre.
Ipsa sinu tellus bulbos complexa tepenti ,
Lætificum humorem germen diffundit in imum.

Effusos ne terra tamen restagnet ad imbres ,
Unde soli fundo bulbos corrumpat aquosi ,
Aggesto , clivum in modicum , paillumq ; tumentis ,
Pendentique solo , flores plantare juvabit.
Excidat , ut prona tellure , superfluis humor.
Sic famulos , flores nuper plantare monebat
Nostrius , Augustus unus qui præsidet hortis ,
Ornandi ruris magnus monstrator , & omnis
Egregius culturæ hortorum , artisque magister.

Contemplator item , felix quæ Luna serendo est :
Namque illam cæli , tempestatumque potentem

C ;

Nam

Τὴν Ἐ φθι
νοπώρου
φυτείας
μῆλλον
πεσοδέχο
μαι. Flo-
rentini
γεωπαινε
lib. I ο.

Σελήνη κα Et tellus colit omnis, & alte observat euntem;

Ἰαροῖ Φαι- Dum cælo fulget radiis argentea puris :

νομένη δὲ- Illius & faciles veniunt de munere venti,

διανηλοῖ. Arat. l. I. Atque suos ponunt auræ, tolluntque furores.

& γεωπ. Post quartam, donec plenum se curvet in orbem,

ε. 20. Optima floribus est satio; cum deficit, omnis

Infaulta est operi, nec terræ est apta movendæ,

Nec cælo agricolæ invito date semina terris.

Quando Luna vetat, Lunæ parete vetanti :

Cumque favent stellæ, stellas audite faventes.

Sunt qui sæpe suos, medicato semine, flores

Folliculo majore, sinus laxare tumentes,

Et calicem angustum, foliorum implere comanti

Luxuria, & contra morem, turgere docebunt.

Sunt etiam, certa qui floribus arte, colores

Conciliare alios, aliosque inducere odores,

Et propriam norunt formæ emendare figuram,

Aut differre suos, in non sua tempora, fœtus,

Aut illos, partu properato, urgere morantes.

Quæ tibi delitiæ faciles, sumptuque parandæ

Non magno : nec enim deerunt, qui talia præstent,

Sed quæ floruerant extremos solis ad æstus,

Dum gravis ardentem urebat Sirius agros,

Hybernos etiam durant tanaceta per imbres,

Clara colore suo, crispæque volumine frondis.

Hunc primus, Pœno quondam de litore, florem,

Dum premeret victor dura obsidione Tunetum,

Carolus Austriades terræ transmisit Iberæ.

Dumque riget brumale gelu, primaque December

Urit humum glacie, Scythici sub frigore cæli,

Sar-

Sarmaticosque viget nigranti flore per agros,
 Helleborum, summasque virent aconita per Alpes,
 Lutea: namque alium florent diversa per annum.

Inde pharetrata cyclaminos Perfide missas,
 Curvaque laureolam Mosæ per litora natam,
 Atque crocum, aëriæ super alta cacumina Iuræ,
 Crescentem, largumque coma, folioque merasum,
 Et toto passim vernantes frigore foncos.

Nec non, mensibus his, Narcissum fera comantem
 Florere aspicias, & brumales hyacinthos.
 Sed contra tristes ventos, hyememque nivofam,
 Congestis stipulis, & multi stramine fœni,
 Discite cultores flores defendere vestros.

At quis te, quis divûm autem, tam numine duro,
 Hortorum decus, & formosi gloria ruris,
 Perque nives medias, & acerbi incommoda cæli,
 Exposuit teneram rigidis, anemona, procellis?
 Tempore digna alio, & cæli melioribus auris.
 Namque colorato cum primum murice crispum
 Exeris os, lucique comam diffundis apricæ,
 Et picturatos, non uno errore colorum,
 Ostendis diversa sinus, flammæque comantes,
 Spectantum blandos in te convertis amores:
 Et nullus florum numero tibi certet ab omni,
 Aut sic crispari, aut totidem ostentare colores:
 Ipsaque, quam radio, per vellera texta, sonanti
 Sidoniæ ducunt matres, tibi purpura cedit.

Hanc Flora, ut perhibent, stimulis agitata malignis
 Invidiæ, cælo immeritam damnavit iniquo.

Ἐν δ' ἀκρω-
 ναίοις θη-
 λείων ἀκό-
 νιτον ἀνε-
 βλάσησεν
 ὀρόγχοις.
 Nic.

FLORES
 HIBERNIÆ

Κρόκος
 ὡς δὲ τι ἐν
 κρύει θάλλ-
 λειν. E
 Callima-
 chi Scho-
 liaft.

ANEMO-
 NE.

Αὐτὰ γ'
 ἦθεα ἀνε-
 μωνίδες ἀ-
 στραπλουσαί
 Nicand. in
 Georg. a-
 pud A-
 then. l. 15.
 Ὄζυ' ἔρησαν
 ἰφελκόμε-
 ναί κραίης
 σιν. Nic
 ibid.

Illa, ut erat Grajas inter celeberrima nymphas,
 Forma excellebat: sed obest quoque forma puellis:
 Obfuit huic certè. Nam dum fortasse per agros,
 Libertatis amans, frigus captaret, & auras,
 Impleretque sinum Zephyris, non æmula nymphâ,
 Flora tulit Zephyri conjux, studioque mariti
 Exarsit, divæ numen mox sensit acerbæ
 Infelix Anemona, suos quæ clara per agros,
 Servasset formam, si non formosa fuisset.

Quæque fuit patrias inter pulcherrima nymphas,
 Nunc flores inter flos est pulcherrimus omnes.

Et venerem fert fama, suum dum plorat Adonim,

Fulmineis torui perfossum dentibus apri,

Illo præcipuum solatam flore dolorem.

Nam postquam fuso, quod erat mortale, cruori

Eripuit, sacroque aspersit denique succo;

Haud mora purpureo natus de sanguine flos est

Purpureus, Veneri ereptum qui penset Adonim.

Ut flori non est unus decor, aut color unus,

Vidi gramineo qui plenum cespite discum,

Illius vario perfundant femine floris.

Mox ubi se primum profert, vis multa colorum

Illudit spectantum oculis, & amabilis error.

In Lucemburgis sic Gasto Aurelius hortis,

Hujus floris amans, illum plantare solebat:

Florentemque, domus intra penetralia, discum

Mandabat coram afferri, mensamque sub ipsam:

Seque, suamque aulam aspectu oblectabat amœno.

Sic te præ reliquis anemonen floribus unam

Imprimis colere, hyberno sub Sole, monebo,

Om-

Ανεμώνη
 ἄνθος ἄοδ
 μόνος φασιν
 ἀναδελφῶν
 ἐκ τῆς αἰ-
 ματος τῆς
 Ἀδωνιδος.
 Theocr.
 Scholia-
 ftes Eri-
 dyl. é.

Et Theoc.

de Venere

& Adonide

Eidyl. é.

Αἶμα πό-

δον πίπτει,

τὴ δὲ δι-

ερνα τὴν

ἀνεμώναν.

Omnibus egregios flores ut crebra profundat
Pulvillis, & parte hortum plus occupet æqua,
Una suo cladem hortorum, rurisque ruinam,
Atque hyemis vultum horrentem solabitur ostro.
Arvaque dum foliis squallent inhonora caducis,
Et sterilem pluviis contristat Aquarius annum:
Squallentes crispo recreabit murice campos:
Illa tamen se se meliori proferet ortu,
Lenis ubi placidi spiraverit aura Favoni:
Namque & amat Zephyros anemone, & amatur ab
illis.

Floribus at variis omnis dum pingitur annus,
Ne semper pictos hortorum respice flores:
Respice ad authorem florum, cælumque salutans,
Contemplare suos, ut habet, quot sidera, flores.



HOR-



HORTORUM

LIBER SECUNDUS.

NEMUS.



ME nemora, atque omnis nemorum pul-
cherrimus ordo,
Et spatia, umbrandum late fundenda
per hortum

Invitant: hortis nam si florentibus umbra
Abfuerit, reliquo sua deerit gratia ruri.

Vos grandes luci, & sylvæ aspirate canenti:
Is mihi contingat, vestro de munere, ramus,
Unde sacri quando velant sua tempora vates,
Ipse & amem meritam capiti imposuisse coronam.

Iam se cantanti, frondosa cacumina, quercus
Inclinant, plauduntque comis nemora alta coruscis.
Ipsa mihi læto fremitu, assensuque secundo,
E totis plausum responset Gallia silvis.
Nec me deinde suo teneat clamore Cythæron,
Menalæque Arcadicis toties lustrata deabus,
Non Dodonæi saltus, silvæque Molorchi,
Aut nigris late ilicibus nemorosa Calydne,
Et quos carminibus celebravit fabula lucos:

Una

Una meos cantus tellus jam Franca moretur,
 Quæ tot nobilibus passim lætissima silvis,
 Conspicienda sui late miracula ruris
 Ostendit, lucisque solum commendat amœnis.

Quisquis es, in patrio villam qui condere fundo
 Forte paras: hac parte tuas metaberis ædes,
 Unde tibi liber pateat prospectus, in hortum
 Extantem, vitroque domus bipatente fenestræ
 Ordinibus longis Eoi lumina solis

Accipiant. At qua veniunt de parte procellæ,
 Horrifera unde Aquilo brumam molitur, & imbres,
 Plantabis siluam. Nam ni bene providus obsis,
 Omnia quippe ruat Boreæ intractabilis ira,
 Ille etiam rupesque altas, montesque supremos
 Silvifragis agitatur flabris, & murmure rauco,
 Æstuat, illis per colles robora ramis
 Quassa gemunt, plangunt valles, & magnus O-
 lympos.

Tuque adeo siluam rapidis opponere ventis
 Sis memor, ut rumpant ventorum verbera rami.

Talis & ipsa, mari qua Neustria parte Britanno
 Procurrit, silvis late defenditur altis
 Oceani contra ventos, Boreæque furores:
 Hic pagi ingentes, & latifundia magnis
 Divisa arboribus, toto sub litore prostant.

Nunc age, quæ nemoris ratio, quæ forma parandi
 Expediam: quamvis ipsa de stirpe parentis
 Pullulet, & tenues tollat se quercus in auras,
 Aut mutata solo, ramis exultet opacis:
 Forma tamen nemoris non sit mihi gratior ulla,

Quam QUERCUS

VILLÆ PO-
 SITIO.

RATIO
 NEMORIS
 PLANTAN-
 DI.

Τὰν δὲν-
 δεον τὰ
 ἴση γινώσκαι
 ἐκ αὐτῶν
 μῦθων, τὰ
 δὲ δὲ ἰα-
 τῶν. Arist.
 l. i. de
 gen. ani-
 mal.

Quam quod per campos, posito de femine, crevit:
 Et quamquam sit agro prælongum tempus inerti
 Durandum, ac tardæ surgant de femine quercus:
 His tamen, his longe veniunt felicius umbræ.
 Nam certum est de glande fatas radicibus imis
 Altius in terram per se descendere plantas:
 Majoresque adeo in cælum profundere ramos.
 Seu quod dediscant mutatam femina matrem,
 Degeneremque ferant alieno ex Ubre prolem:
 Sive quod ipsa sibi cognatæ inolescere terræ
 Glaus primo melius paulatim assuevit ab ortu.
 Proinde nemus sparsa cures de glande parandum:
 Sed tamen ante tuo mandes quam femina campo;
 Ipse tibi duro robustus vomere fossor
 Omne solum subigat late, explanetque subactum.
 Cumque novus fisso primum de germine ramus
 Findit humum, rursus ferro versanda bicorni
 Consita vere novo tellus, cultuque frequenti
 Exercenda, herbæ circum ne forte nocentes
 Proveniant, germenque ipsum radicibus urant.
 Nec cultu campum cunctantem urgere frequenti,
 Et saturare fimo pudeat, si forte resistat
 Culturæ: nam tristis humus superanda colendo est:
 Ipsa tamen nemoris ratio diversa ferendi:
 Et qui per campos spargit sine lege, sine ullis
 Ordinibus glandes: at digerit alter in æquum
 Omnia quincuncem, certis dimensa figuris,
 Ut latere ex omni, recto via limite quadret:
 Ludicra uti fictis belli simulacra sub armis,
 Buxea composuit legio, quem Schaccia ludum

Τέτων γι-
 νεσίων, ἀπὸ
 σπέρμα-

τῶ, καὶ
 ῥίζης φισι-
 κώπειται
 δόξαμεν.

Theoph.

lib. 2. de
 hist. plant.

c. 1.

Ἰσχυρὸν
 ὡς περ ἐν
 τοῖς ἄλλοις

καὶ ἐν τῆ-

θεῖς τὸ ἔθος.

Theoph. 1.

3.

κόπε

μάνοι τῶ

γῆν, καὶ

ἀξτερμαί.

vei.

Theoph.

1. 3.

Nympha Italis quondã primum monstravit in oris.
Exhibet alternos tabula interpicta colores,
Atque omnis justo partitus limite campus
Æquali & spatio, & forma respondet ab omni.

Tuque adeo sectas seu matrum è corpore plantas
Deponis sulcis, seu terræ semina mandas,
Indulge ordinibus, terram juvat ordo; quod ipsis
Divisa arboribus, vires dabit omnibus æquas,
Et vacuo poterunt se rami extendere cælo.

At dum spem primis ostendit frondibus arbor:
Tu procul hinc pecoris prohibe genus omne petulci,
Urentesque malo nova germina dente capellas.
Acer equus colles hinnitu rumpat acuto,
Liberaque immensos errent armenta per agros;
Sed parcant nemori tenero, ramoque recenti.
Pro quo, sunt circum, lento de vimine, sepes
Texendæ, longeque greges post claustra tenendi.

Exin ubi certos paulatim silva per annos
Creverit, & terræ radicibus hæserit altis,
Omnis ramorum ferro tollenda recurvo
Luxuries, ne par nondum sub pondere truncus
Succumbat, ramoque animos profundat inani,
Ima autem teneras quercus quas stirpe recides;
Has se efferre solo, & magis exultare videbis;
Ceu plus accipiant, ipsa de cæde, vigoris:
Et quæ terra humili se tollere, tempore longo,
Vix potuit, tenues demum manifesta sub auras
Assurget late ramis frondentibus arbor.
At postquam validis radicibus ardua cælo
Exserit, poteritque Notos durare frementes:

D

Jam Clem.

Ἐπὶ δ' ἔδεν
ἔπος, ἢ δὲ
χρησόν, ἔτε
κρίλον, ὡς
ἢ τῆς.

Xen. in cæc

Ordinum

in arbori-

bus ratio

necessaria,

non perfla-

tu modo u-

tilis, verò

ἔ aspectu

grat. Plin.

c. II. l. 17.

Ἐν ταῖς ἀ-

γαθαῖς χώ-

ραις ὡς

τὸ μὴ φύλ-

λομαίνειν ἐ-

πινέμουσι,

καὶ ἐπικεί-

ροισι, & c.

Theop. l. 8

Ἡ αὖτε σα-

νιμ γενε-

ρα, ὡς den-

siora sur-

gant, reci-

duntur.

Senec. de

Jam sua sub molli describere carmina trunco,
Discant pastores, & iniqui jurgia pagi.

Ne tamen ah! ferro immiti, rigidaque bipenni,
Ne violent lucos felices grandibus umbris.

Illis numen inest: sunt qui videre fluentes,

Roboris incisi læso de cortice guttas

Sanguinis, & trepido ramos horrore moveri.

Scilicet hæc quondam, priscos incessit agrestes

Relligio, crimen pavidi qui triste putabant,

Antiquas durâ quercus temerasse securi.

Crimine pro tali, sensit Dryopæius iras

Cælestes, ferro Æmoniam cum tollere quercum

Ausus, & infesta Dryadem violare bipenni.

Nymphæ fida Ceres, pro tam furialibus ausis,

Sumpsit ab injusto meritas Eryfichthone pœnas.

Grande nefas adeo est, sacros excindere lucos:

In quibus horrorem tenebrarum, altosque recessus,

Atque umbras, atque ipsa silentia vulgus adorat.

Nam sacer est lucis, vastisque recessibus horror;

Quamquam non aliud luci, silvæque profundæ

Numen habent, quam quod late penetralibus altis,

Horrorem ostendunt, umbra enigrante, verendum.

Olim silva tamen meruit Dodonis honores,

Tempore quo, quercus oracula sacra ferebant

Fatidicæ, vatesque ipsos ventura monebant.

Cumque feret truncos arbor procera valentes,

Et sua frondosæ diffundent brachia fagi:

Pastor sub ramis frigus captabit opacum,

Cum gregibus, calamoque suos cantabit amores.

Fors & erit festis, pago plaudente, diebus,

*In lucis si-
lencia ipsa
adoramus.
Plin. lib. 12
c. 1.*

*Εκ τῶν ὄρε-
δόνων ἱε-
ρῶν ἀπορρή-
ξασα φε-
ρῶν.*

*Lucian. de
Quer. Do-
don. in A-
moribus.*

Ut

Ut resonent hilares non unam Amaryllida silvæ.
 Nil tamen incestum lucis agitate sub altis,
 Pastores: sacro nemorum sed parcite honori.
 Vos folia, & rami, vos alta silentia testor,
 Est Deus, est vestris Deus in penetralibus ultor,
 Iusta parum castis mittat qui fulmina lucis.

Sed dum per silvas pubes cantabit agrestis,
 Turba aderit volucrum, festo quæ murmure, lucum
 Personet, & crebro permulceat aëra cantu.
 Ipsa suæ Philomela olim plorata forori,
 Omnes implebit, Terei de crimine, ramos
 Noctes atque dies, & conscia saxa movebit.
 Agricolæque sinant volucres assuescere silvis,
 Plurima per volucres cælum monet: improba cornix
 Sæpe cava è quercu ventos prædixit, & imbres:
 Unde suis rebus præfagia ducat arator,
 Auguriumque petat, cælumque exploret, & auras.
 At lucis diras volucres absterreat altis.

Sed dum plantabis silvam, tibi plurima & ipsis
 Quercubus est inter fagus miscenda, neque altas
 De genere hoc, duro cum robore, rejice certos.
 Est quoq; glandifera celebris de gente, supra omnes,
 Illiceis regnat longe quæ maxima silvis
 Esculus; ingentem nam late amplectitur umbram,
 Ipsa ingens, ramoque nemus facit una comanti.
 Hanc neque præcipites, ruptis de nubibus, imbres,
 Non venti, non duræ hyemes, tristesque procellæ
 Convellant, altis adeo radicibus hæret.

His quercus fociis est semper læta, suoque
 Iungi & amat generi, & cognatam agnoscere gentē.

Φηγός η
 δεις λίζλαγ
 ωδω το
 φαιγών.
 Eustat. I.
 liad. é.
 ESCULUS.
 Esculus, se
 Virgilio cre
 ditus,
 quanteum
 corpore e-
 misnet, tan-
 tum radice
 descendit.
 Plin. l. 16.
 c. 31.

Si quando armandæ naves, & bella paranda,
 Det quercus nautis tabulata, det arma furorî
 Bellantum, det ligna foco, det aratra colono,
 Aut aliis alios porro sumatur in usus,
 Testor ego superos, quidquid sit deinde futurum,
 Quercus sacra, meo nunquam violabere ferro.
 Decerpant de te ramos, fumantque coronas
 Victores bello egregii, quos Martia virtus
 Instituit dulces patriæ defendere muros.

*Corona ci-
 vica ex E-
 sculo 10vi
 sacra, va-
 riaturumque
 Et cum
 quercu est,
 custodito
 tantum ho-
 more glan-
 dis. Plin. l.*

Hinc & civili præinctus tempora quercu,
 Quærebat famæ æternos Romanus honores.

At quercus primos quæ patria viderit ortus,
 Mænalus, an Ladon? an pinguia culta feracis
 Chaoniæ? memorat rumor diversa vetustus:
 Plus omni rumore, fidem sibi fabula fecit.

Iupiter immensum mundi dum conderet orbem:

Immanes terra nati de matre Gigantes
 Bella movent superis, summi moderator Olympi
 Dissipat instantem vibrato fulmine turbam,
 Et conjuratos cælum perrumpere fratres,
 Natorum cædem Tellus miserata suorum,
 Fervidum adhuc, Hylei, ut erat, complexa cruorem:
 Namque fuit matri fratrum charissimus unis
 Hyleus, quem gremio mater dilecta tepenti,
 Dum fovet, ingenti de corpore tenditur ingens
 Truncus, & edurum crescit de pectore robur:
 Robur sunt humeri, fit robur & ardua cervix,
 Et totidem tollit ramos, quot grandia nuper
 Centimanus vacuo jactabat brachia cælo.

Truncum durus arat libro septemlice cortex,

*Meminit
 Homer in
 Odyss. φ.
 & Virgil.
 Geor. 2.*

**QUERCUS
 FABULA.**

I 6. c. 4.

Ingenſque ingenti de corpore conſtitit arboſ;
 Ipſi, quam læſo pro numine, terra tonanti
 Devovet: unde Deo quercus ſacra, cujuſ opaca
 Primi mortales glandem fregere ſub umbra.

Quamquam ſacra Iovi ſit quercus, & illiuſ umbre
 Conſtet honoſ, paveat tamen alto vertice in auras
 Cum tollit ſe ſe. Nam ſicubi forte rubenti
 Tela manu quatit inſultans, tonitruque coruſco
 Iupiter, illiuſ frontem quatit igne ſuperbam:
 Dum parcit myrto bonus, indulgetque myricæ.

Nunc porro reliquas nemoriſ deſcribere parteſ
 Perſequar. Accedant fagiſ, & quercubuſ, ulmi,
 Et tiliæ, nec erunt ſilviſ frondentibuſ alni
 Indecoreſ, & acer ligno bicolore notatum,
 Et quæ per montes ramis uberrima pinuſ
 Frondofæ lætum prætendit frontis honorem,
 Neq̄ non & mixtæ coryliſ fruticantibuſ orni,
 Et cornuſ terę arbor, & Oryciæ terebinthi,
 Et piceæ, & loti, & faliceſ, & idonea bello
 Fraxinuſ; at longe betulaſ, taxoſque repelle.
 Supremoſ pinuſ montes, abieſque coronet,
 Per ſilvam inculti teneant media omnia vepreſ,
 Et dumi, tantum de ſpinis lædere nati.
 Arya nuceſ habeant late, campoſque patenteſ,
 Et quæ frænando in celliſ dant vincula Baccho
 Caſtaneæ ingenteſ, & juniperi hiriſutæ.

Nec te autem lateat, quo ſint diſcrimine quæque
 Plantandæ hæ ſpecieſ, pauciſ, advertete, docebo.
 Ut viror eſt ulmo lætuſ, ramique comanteſ,
 Arduuſ, alta peteſ, & lævi cortice truncuſ,

Δόρυ μείω
 λινον μείλω
 νον' ἔγχω
 Hom. Ilia.
 5.

Ne propriuſ
 teclis ταπ-
 um ſine.
 Virg. 4.
 Georg.

Κάστανον ὄ-
 πνεεſ διδεſ
 βάλανον
 καλοῦſι.
 γεωφ. lib.
 damogen.
 10. c. 33.

Ulmum adhibe ordinibus, quoties fundenda per
Hortum,

Sunt ferie spatia ingenti, texendaque totis,
Æstivos contra Soles, umbracula campis:

Una alias inter texendis aptior ulmus
Marginibus spatiorum, exornandoque vireto.
Seque adeo series, plano super æquore, tendat
Ulmorum tractu longo; quantum ipsa tuentum
Lumina, vel gressus valeant lustrare sequentum.
Tales Ballequei viridaria fontis, & Hortos
Exornant ducti, diverso limite, tractus
Ulmorum immensi, prætentaque brachia cælo.
Hic magnis nullus spatiis modus, ipsaque late
Et viret, & quadrat, versu non simplice, scena.

Corycius sic ille senex, qui rure paterno,
Oebalii coluit ripam, camposque Galefi,
Ponendas, in mille modis, mille artibus, ulmos,
Et longa campos illarum ambire corona,
Aut rectos seriem in versus differre docebat.
Arboris immensæ crescit ramosa propago,
Et docet in similes stirpem sobolescere ramos:
Verum aliæ obturbant aliis, ni forte serendum
In partes iusto dirimas discrimine campum.

Ipsaque, Threjicio vati quæ tenderet umbram

Ulmus digna fuit, cum valle rediret Avena:

Et se se ad superos rapta bis conjuge ferret.

Arduus ad gelidum mons est Rhodopejus Hebrum:

Monte super, cytharâ simul impulit, umbra comâtes

Densa simul ramos prætendit, & undique multa

Arbore componit subitum nemus: adfuit ilex,

Et

*Vires nū-
bunt popu-
les & ul-
mis, mari-
tasq; com-
plexa pro-
cacibus bra-
chiis scan-
dentes ca-*

Et platani, & salices, & odoriferæ cyparissi.
 Una tamen reliquas super ambitiosa sorores,
 Ulmus tollebat sese, vitemque maritam
 Nati ostendebat, qua non spernenda moneret
 Connubia: at plantæ monitus neglexit amicæ.
 Namque viro fatale fuit, socialis honorem
 Vitavisse thori, atque omnes sprevisse maritas.

Nec tiliam faciles quæ det spatiantibus umbras,
 Et caput alta ferat, spernat plantare; sed inter
 Plantandum, memori veniat sub mente Philemon,
 Nec non Baucis anus, casti quos foedere lecti,
 Et pietas & amor, tecto sub paupere, quondam
 Junxerat: hospitio susceptus Iupiter ambos,
 Annorum jam mole graves, & inutiles ævi,
 In virides mutat tiliæ: hinc sexus uterque
 Servatus tiliæ, quæ mas, & fœmina nunc est.
 Torno planta habilis, nemori nec tarda parando.

Ipsè etiam in silvis non aspernandus acernæ
 Frondis honos, tiliæ forma, foliique colore,
 Non multum absimilis, sed iniqui corticis arbor,
 Informem truncum crebris arat horrida rugis.

Quæ se autem exultans partes profundit in omnes,
 Ipsa teres trunco, passisque amplissima ramis
 Pinus, erit toti non ultima gloria luco,
 Æternum quando divinæ frondis honorem
 Servat, & ingenti nemora inter frondea trunco
 Assurgens, late silvam dominatur in omnem:
 Grata Deum matri; postquam Cybeleius Atys
 Mortales vultus truncum duravit in illum
 Hac olim, ut memorant vates, ex arbore victus

cumina a-
 quanti...
 Plin. lib.
 14. c. 4.
 TILIA.
 Τῆς δὲ Φυ-
 λύρας ἢ
 μὲν ἀρρεῖο
 ἐστὶν, ἢ δὲ θή-
 λεια, ἀγα-
 φέροισι ἢ ἴσ-
 μορφῇ τῇ
 ὅλη.
 Theophr.
 1. 3. de plan-
 tis c. 10.

ACER.
 Τῆς δὲ
 σφενδάμε-
 νου δύο γέ-
 νη ποιοῦσιν,
 οἱ δὲ τρία.
 Theophr.
 lib. 3.
 Ἐχει δὲ καὶ
 φλοῖον μι-
 κρῶ τεραχύ-
 τερον ἢ τῆς
 Φιλύρας.
 Ibid.
 PINUS.
 Pulcherrī-
 ma pinus
 in hortis.
 Virg. 4.
 Georg.

- Ovid. Me-
tamorph.
l. 10. fab. 2. Marsya, per Phœbum nudatus pelle pependit,
Atque ut præduri se se munimine septi
- Diôdorùs
Sicul. lib. 4. Pineæ nux contra ventos defendit, & imbres,
Ipsa potest pinus montes extare per altos,
Impune, & rapidis se se committere ventis.
- l. 5.
Πρόκη μὲν
ἐν τοῖς ὄρεσιν
σηλοῖς
καλλιῶν, καὶ
μεγίστη, καὶ
φύεται, ἐν
δὲ παλαιοῖς
οἰς ὅλως &
φύεται. Nam ventos amat, & vallibus imis
Languet, ubi tenui ramorum exuberat umbra.
Nascuntur passim coryli; sed cornus, & orni
Per lapidosa situ loca, inaccessosque recessus,
Exultant, ventosque ultro patiuntur, & imbres.
Alni autem, & salices rivos, & læta fluentia
Prætexunt: & prisca sibi si fabula constet,
Ambo olim focii unanimes, piscosa secundum
Theophr.
c. 1. l. 4. Flumina, linte cavo vitam, linoque trahebant.
- CORYLUS.
Festa dies aderat, pagum solemnis in omnem
- ORNUS.
Sacra Pali, festæ lucis dum retia tendunt
Iτέα, καὶ
πάντα τὰ ὀ
μοιομύη
θῆς καθύ-
γροισ τὸ-
ποις χείρει. Immemores, iram divæ sensere furentis.
Namque, ut erant, fluvio intentos, operiq; vacantes,
Indignata Pales æternum littore in ipso,
Figit, & ignava duratos mole coercet,
Ad terram: longæ patientur ut otia pœnæ.
- Apulejus
2. γεωπον. Qui tamen humor aquæ præter labentis obibat,
Aerias utrumque dedit frondere per auras:
Sed frondes, ipso vel adhuc de crimine, pallent,
Longa quibus turpes dicunt convitia ranæ.
- Abies in
montibus
aliss. Virg. Tu declive solum, & supremos infere montes
Abietibus montes lætabitur inter apertos
- Ἐστὶ δὲ καὶ
κακρότα-
θὲν ἢ ἐλαττῆ,
καὶ ὀρθοφύε. Ardua per se arbor. E silva hastile recisum
Infodiatur humo: nec multum tempus, & illa
In cælum late ramis ingentibus ibit,

Neglectura notum, curfusque aufura marinos.

Sed per planities camporum fraxinus æquas,

Miti danda solo: non est ignobilis arbor,

Postquam Pelidæ dedit olim, Pelio ab alto,

Hastam fatalem, qua magnus concidit Hector.

Ipsa quidem frangi patiens, sed nescia flecti.

At non Heliadum fortuna tacenda sororum,

Grandibus in silvis, quæ dum fraterna dolerent

Funera, populæ fecerunt femina genti,

Flavaque mœrentum fletus in succina versi,

Tam magno majus pretium fecere dolori.

Tu sociam nemorum gentem hanc admitte tuorum:

Omnibus arva licet plus hæc amet Itala terris,

Et patrem Eridanum, ramo exultante, coronet.

His autem saltus cures implere profundos

Arboribus: lætæ veniunt namque omnibus umbræ,

Omnes vim similem cognato è semine ducunt.

Et quamvis ebena dices ferat India lucos,

Pictus odorato sudantia balsama ligno

Portet Arabs, silvis depectant vellera Seres,

Totaque thuriferis vireat Panchaja plantis:

Ipsa mihi, Francis quæ collibus edita surgunt,

Plus placeant nemora, & felices frondibus umbræ,

Digestique suo per campos ordine luci.

Nec se vana mihi genero sæ filia silvæ,

Et genus antiquum laudarit Pontica pinus.

Nec jam quæsierim veteris pineta Lycei,

Atque Cytoriaco prognatas vertice buxos

Aut sacra late horrentes formidine lucos,

Vallibus Idæis, atque Arcadica Erymantho.

ἑαυτῶν, διδ
καὶ ἰσοῖς ἐκ
ζωότητος ποι-
οῦσιν,

Theo. l. 10
FRAXINUS

Et fraxi-
nus utilis
hastis. Ov.
POPULUS.
Ovid. Met
lib. 2.

Quamvis
Ponticaps-
nus silva fe-
lia nobilis
jactes
genus
nomen.

Hor. car.
lib. 1.

Τὰ γὰρ κύν-
ταρα ὄρεσιν,
ἐν πολλῆσιν
πύξιν γί-
νεται.

Theophr.
l. 3.

Quando nec similes, nec tam exultantibus umbris,
Tollebant cælo, quales nunc Gallia silvas.

Sæpe tamen rupto pubent cum germine rami:
Esculeæque virent per campos frondis honores,
Annus corruptis bacchatur pestifer auris,
Unde gravi ferus illuvie se bruchus in ipsas
Effundit frondes: it late exercitus ingens,
Ore vorax avido, & silvam depascitur omnem,
Nec non & glomerata modis animalia miris,
Erucæ, forma horribiles, & quæ mala tetro
Cantharis arboreos foetus incestat odore.

Illas cultores, si quæ vos cura tenebit
Servandi nemoris, quam primum tollite pestes.
Implorate Jovem, primos rumpentur ad imbres:
Portet & ipsa frequens placandæ rustica pubes
Liba Pali, si forte Deam vicinia læsit,
Aut ramo imprudens lucum spoliaris opaco:
Illa furit, si dii non observentur agrestes.

Nec nova defodere in terram virgulta, neque altis
Cessandum veteres ferro decidere ramos
Arboribus, prolemque aliam supponere lapsis.
Et tibi sunt statuenda loco plantaria certo,
Unde genus silvam possis differre per omnem,
Atque novo populo gentem reparare caducam.
Ipsa proinde omnem per agrum tibi crebra juvenus
Exultet, veniat quæ sedibus hæres avitis.

Τὰ εὐφαι-
νωματικά
τῶν δένδρων,
ἐξ ἀείφυλ-
λα ex lib.
II. γημπον.
Dumq; vacas nemori curando, umbræq; parandæ,
Plantandis te non postremam impendere curam
Edico arbuftis, horti decor unde petendus,
Phillyræ, & myrto, & lauro, & rhododaphnæ, &
acantho, Gel-

Gelseminoque citrifque, & tonfilibus cypariffis.

Planities, ipsi propior quæ præjacet horto,
 Carpinei nemoris partim exornanda virenti
 Prætextu, tonsâ partim cingenda cupressò.
 In tractus longos facilis tibi carpinus ibit,
 Mille per errores, indeprehenfosque recessus,
 Et molles tendens, secto seu pariete, ramos,
 Præbebit viridem diverso è margine scenam:
 Primus honos illi quondam, post additus ordo est,
 Attonfæque comæ, & formis quæfita voluptas
 Innumeris, furtoque viæ obliquoque recessu,
 In tractus acta est longos & opaca vireta.
 Quin etiam egregiæ tendens umbracula frondis
 Temperat ardentem ramis ingentibus æstus.

Quamquam autem raras bene digerat ordo CU-
 pressos,

Perpetuam in seriem, melius descripta tenebunt
 Intervalla situ certo, certisque figuris:
 Namque ut tonderi docilis, fingique cupressus,
 Et per se patiens in quaslibet ire figuras,
 Ipsa suo virides discriminat ordine campos.

Nec te pœniteat, Cææ pulcherrime gentis
 Infelix Cypariffæ, graves quod senseras iras
 Silvani, qui te tanto donavit honore.

Cervus, erat quondam juveni dilectus, & ipsi
 Silvano, qui dum frigus captaret in herba,
 Hunc puer imprudens jaculo transfixit acuto.
 Utque suum agnovit, percussit pectora palmis,
 Se miserum inclamans: non ipsum excusat amore
 Errorem factum verbis objurgat amaris

CARPINUS.

CYPRESSUS.

Παρά τοῦ
 τοῖς ἐστὶν ἡ
 χειροζομένη
 κυπρίπτος.
 Theophr.
 lib. 2.

FABULA.
 CYPARIS-
 SI.

Ex lib. 10.
 Met. Ovid.
 fabul. 3.

Διττόν αἰ
 κυπρίπτος
 ὄνομα ἔχουσιν
 οἱ χάρτες
 μὲν δὲ τὸ
 τίς ψιν.

Cass. Bas.
 l. 11. παρ.

Sil.

Silvanus, durum increpitans, & crimen acerbat.

Ille probro victus simul, oppressusque dolore,

Pertæsusque sui, lachrymarum flumine largo

Lavit humum, tellus isto tepefacta calore,

De puero tecum fecit, Silvane, cupressum.

Olim monstrando per sese nata dolori

Arbor erat, sed nunc ornando commoda ruri.

Si præsertim humili se pumila vertice tollat,

Et versu oblongo pratorum extrema coronet,

Hortorumque aditus, aut sicubi detumet agger

Herbidus in terram, nuru clemente, jacentem.

Namque comæ æternum servans felicitis honorem,

Tendit inæquales ramos, cristamque comantem,

Et longum foliis viret immortalibus ævum :

Immites etiam fortis contemnere ventos :

Et plus laudis habet ventis agitata cupressus.

Tum folio nitidam semper, semperq; virentem,

Tortilibus ferri nodis, aut vimine lento,

Phillyream late hortorum prætende sub ipsis

Parietibus, virides per se namque illa tapetas

Textu imitata suo, & magnarum aulae domorum,

Prospectu late campum oblectabit amœno,

Et sic per muros errare licentius omnes

Phillyream patiare, suis quos texere ramis,

Gaudeat, & viridem passim prætendere scenam.

Phillyra & ipsa fuit quondam, si vera vetustas,

Inter Hamadryadas cultu formosa sorores :

Quæ si furtivos vetasset Panis amores,

Formosa esset adhuc virgo, æternumque fuisset,

Æternæ quando servavit frondis honorem.

*Lucius te-
stata cu-
pressus, Lu-
can.*

*PHILLY-
REAM.*

*Φιλυρέα
δένδρον ἐστὶν
ὁμοίον κύ-
πρω κατὰ
μέγεθος,
φύλλα ἐλαφ-
ρὰ ὁμοία,
πλατύτερα
δὲ καὶ με-
λάντερα.
Dioic.*

Et

LIBER SECUNDUS, 51

Et non ille suo tenues curaverit horto
 Delitias, mollis qui tendere norit odoros
 Ad murum, plexis scite per mutua ramis,
 Gelsimini textus, priscis apiaria seclis.
 At nisi per cratem doceas hærere salignam
 Parietibus, per se trunco male fultus iniquo
 Vix constare frutex poterit, qui more tenacis
 Lasciveque hederæ, multa ambitione, per ornnes
 Intendit sese muros, & cratibus hæret,
 Lento errore sequax, & ligno ductilis arbor,
 Adde quod & faciles, & centum nexibus aptos,
 Et dociles fundi, longa propagine, ramos
 Explicet, & ramis flores bene olentibus addat:
 Unde & ament sese molles ornare puellæ,
 Atque ipsæ matres aras, ac templa coronent
 Ipsa quoque externi passim ne copia desit
 Gelsimini, seu quod per valles floret Iberas,
 Seu Lusitani quod pallet fidere cæli,
 Sive quod extremis per pontum affertur ab Indis.
 Omnibus his species sua certa, sui que colores.
 Sed non ulla magis fontes ornabit, & hortos
 Umbra, Atlantiaci quam quæ viret arbore mali.
 Illi est æternus folii decor, inter opacum
 Albescunt nitidi flores nemus, aurea ramis
 Poma micant, fulvoque ardent radiata metallo.
 Si nemus auricomum, silvæque arbuſta virentis
 Conſita fagineis in corbibus, inque dolati
 Roboris asseribus, felici induxeris horto:
 Semper flore novo, semper ditabere pomis.
 Unde suum accedet decus hortis, & sua ruri

GELSI-
 MINUM.

MALUS
 AUREA.
 Εσπερίδων
 ἰμῶλων ἕ-
 τως καλεῖ-
 ᾶσιν ἀφ' ὧν καὶ
 Ηρακλεία
 κομίσθη εἰς
 τὴν ἑλλάδα,
 τὰ χρύσεια
 ἄφ' τῆν ἰ-
 δίαν λεγο-
 ῦμεν μῆλα.
 Athen. li. 2

Μῆλον τὰ
 μηδικὸν καὶ
 τὸ περσικόν
 καλεῖμεν
 ἕνοδμον
 δε πᾶν.
 Theoph. l.

Gra-4. c. 4.

Gratia. Nam pariter fructuque, & flore superba
Implebit teretes arbor spe divite ramos.

Ne vero, cum flos argento concolor albo

Auriferi nemoris ramis crebrescere cœpit,

Ne prohibe effusas carpendo à flore puellas;

Ad prædam conjux, omnisque domestica pubes

Accedant, & flore domus lætetur odoro.

Nam nocet ipsa sibi, viresque profundit inanis

Luxuries, cupidis illam permitte puellis,

Illos nam pro se flores in ferta puellæ

Nectere amant, fructuque sinus implere recenti.

Illius infelix Athalanta cupidine pomi,

Jam vinci se posse suo monstravit amanti,

Quamvis ipsa viros currendo vicerat omnes.

Sed nunquam vel odore novo, vel ditibus umbris

Arboris auricomæ felix lætabitur hortus:

Quin procul avertas inimicæ incommoda brumæ.

Tuque adeo, rapidis violenti flatibus Euri

Ne noceant, occurre prior, munimine firmo,

Prætorum operum, ductive crepidine muri.

Illa proinde citro sedes, nemorique beato

Optanda imprimis, quæ nulli obnoxia vento.

Nam præter rabidi quam vastant omnia venti:

Ipsa etiam patriam Assyriam, Medosque calores

Solis amans nunquam obliviscitur aurea malus.

Nec ratione alia, glaciale ad Strymonis undam

Languet, ubi Hesperios exultat læta per Hortos.

Idcirco mollem lædant ne frigora plantam,

Cum Boreas florum semper sævissimus hostis,

Torquet agens violentam hyemē, vel nubila differt

Est

Φέρει τὰ
μῆλα πᾶ-
σαν ὄραν.
Theophr. i.
4. c. 4. Id.
Athenæus
& Plin.

Ex Ovid.
Metam.
lib. 10.
Fab. 2.

Δρόμα νί-
κωσι πέν-
τας ποδῶν
τῆ ἑαχύτη
η, νικᾷται
μειλανιανί
μῆλα χρυ-
σαίρι πᾶσι.

Jo. Tzetz.
chil. 453.
& Theocri-
tus Idii. 3.

ὑπὸ νότου
ἀφιέται,
ὑπὸ βορέα

Est tibi porticibus longum retinenda sub altis,
 Et contra duros hyemis servanda rigores,
 Donec agat Zephyros annus, solemque reducat.
 Sic tibi florebit nemus admirabile luxu

Perpetuo, semperque novos halabit odores.

Diversas porro species, diversaque poma
 Arbor habet: tendit citrus se tuber in orbem
 Oblongum, spissoque suum sub cortice succum
 Includit: tristes gustus, acidique sapes
 Sunt interdum aliis, quos ora offensa recusent,
 Quamquam cor fovet is, qui linguam torquet amaror.

Sunt alii gustu mites: Mimonia qualem
 Gens habet, Hetrusco quæ laudatissima rure.

Et Lusitanis malum quod venit ab oris.

Est etiam pomum, cui primum Aurantia nomen

Urbs fecit Dircaea, sub Actæo Aracyntho.

Ipsa quidem citris sunt longe Aurantia mala

Pelle magis molli, & magis ubere rorida succo:

His sola diversos faciunt diversa sapes.

At super aurifero memorant quæ plurima pomo,

Carminibus Graji vates, ne quærere cura:

Ut quondam Hesperidum fuerit cultura Sororum,

Ad magnum Atlantem, Mauri sub littore ponti;

Ut ferus in telis, & cæsi pelle leonis,

Alcides per vim dites irruperit hortos;

Pomaque sopito male custodita draconi,

Primus Aventino victor sub monte locarit,

Ruraque citrigenis repleverit Itala ramis:

Nam sunt multa & adhuc, quorum te cura requirat.

Ut teneras myrtos, & purpuream rhododaphnen,

Auri-

ἡ βλώπτει-
 ται. Floren-
 tini. γα-
 πον. χ. C. 7.

Ἰπὸ σταῆς
 αἰθρῆς ἡλίου
 ὀρώσασις ἴσ-
 κιστίας φυ-
 τεύοισι. ib.

CITRUS.

Τὸ μῆλον
 ἐπίμηκες
 ἐρρύθιδάμι-
 νοι χρυοίζον
 τῆ χροῆς,
 δῶδες με-
 τὰ βαροῖς,
 σπέρμα ἐ-
 χον ἀπίφ-
 σοικός.

Diosc.

Metamor-
 ph. Ovid.
 lib. 4. fab.
 17.

Auricommo nemori, ac pomis flaventibus addas,
 Et suus & illis etiam decor, & sua forma:
 Ipsi autem imprimis, divum de munere, myrto.

Et quondam, ut fama est, cum primas aurea myrtos

- MYRTUS.** Plantaret Venus, umbrosi sub vallibus Idæ,
Myrtus Veneri sacra Nuda cohors illas circum ludebat Amorum,
 ex Plin. l. 1. Lucentem ad Lunam, puræ per tempora noctis.
 12. c. 1. Quippe Venus myrtum, plantis ex omnibus, unam
 Plutar. in Ipsa sibi optavit quondam, propriamque dicavit,
 Probl. c. 19. Non aliam ob causam, sua velant simplice myrto,
 Pausanias in Eliacis. Tempora nuptæ omnes, ad solemnes hymenæos.
Formosa myrtus Veneri. Ipsa deum regina, toris præserta maritis,
 Virg. Tædiferas adhibet, sacra ad mysteria, myrtos.
 Ecl. Hinc etiam Elysiis in vallibus, omnis amantum
Παρθενα Turba suas & habet myrtos, & myrtea circum
εὐπετα καὶ εἶται καὶ πύργου. Sylva tegit, quos non vel amor post fata reliquit,
 Aristoph. Phædrumq; tristemq; Procrin, mœstâq; Eryphylen.
 in avibus. Is non unus honos myrto, sibi victor ovantem
 Virgil. in Illâ nec tebat quondam de fronde coronam
 lib. 6. Æn. Tudertus, victisq; prior de more Sabinis,
Triumphans de Sabinis Imposuit capiti myrtum, infervitque triumphis.
 Posth. Tudertus primus omnium ovans
 ingressus Utraque vis myrto namque est metuenda, calores
urbem myrto corona- Tu nimios, nimiumque cave, pro tempore, frigus.
 tus. Plin. Unde juvet plantam quadrato includere ligno,
 lib. 15. c. 29. Ut cum sævit hyems, illam sub tecta reponas,

Aut

Aut fontes fundas gelidos, dum perfurit æstus.

Et si qua est pietas, ab acutæ vulnere falcis,

Et pecoris morfu, molles defendite ramos.

Est quoque, qui nemori citrio, myrtoq; virenti,

Grandibus impositam rhododaphnen misceat urnis.

Nam plantæ alterius niveo, alteriusque rubenti

Confusus de flore decor venit additus hortis.

Vallibus irriguis, & fontes propter amœnos,

Floret odoratis laurus pulcherrima baccis,

Nobilis æternæ cui gloria frondis obumbrat.

Nec quis, dotibus his, natam de stirpe pudenda

Esse putet: magno de flumine, maxima quondam

Edita virgo fuit, summi nurus esse tonantis

Quæ poterat: si forte Deo contenta marito,

Audisset primos Phœbi victoris amores.

Ille humeros pharetra insignis, spolioque superbus

Pythonis, meritoque suo, quærebat amari.

Felix virgo, dei thalamos si forte rogantis,

Solis equis, cæloque omni dotanda, tulisset.

Quanquam cælestis sprevit dum vota mariti,

Grande tulit pretium, servatum nympha pudorem,

Quosque ipso Phœbi de munere laurus honores

Arbor habet: quòd sit toties clamata theatris,

Tarpeique Iovis postes figenda sub altos,

Summa suis late Capitolia frondibus ornet,

Augustasque fores ramis prætendat opacis.

Tu sacros Phœbi tripodas, tu fidera sentis,

Et casus aperis rerum præfaga futuros.

Te juvat armorum strepitus, clangorque tubarum:

Perque acies medias, sævique pericula belli,

R H O D O -
D A P H N E .

Νήερον, οὗ
ἢ ροδδάφ-

νη, οἱ ἢ ρο-

δοδένδρον
δάμν

γνώσει

ἀμυστάλης
μακρότε-

ρα, κῆ πα-

χύτερα, τὸ
δὲ ἀνθ

ροδοειδὲς.
Diosc. l. 4.

c. 32.
L A U R U S .

Fabulam
narrat Cas-

sianus Bas-

sus in eclo-

gis georgi-

cis, l. 11. c.

32. Ovid.

1. meta-

morph.
Laurus A-

pollinis sa-

cra ut celo-

rum deo.

Tertul. de

cor. milis,

quia

E

Ac

- ἐνεργεῖ αὐτῶς* Accendis bellantum animos, te Cynthius ipse,
τοῖς ἐν τοῖ- Te Musæ, vatesque sacri optavere coronam:
σισασμοῖς. Ipsa suis Virtus te spem proponit alumnis,
 ut habet
 Hesiodi Tantum servatus valuit pudor, & bona fama.
 Scholiast. Est etiam arbutea florens de gente ligustrum
 & sic *μυόν-* Perfarum, volucres peregrino ex alite cristas,
πικρὸν φυτὸν Cæruleo quod flore refert, ramoque comanti,
 apud Ly- Et floret, primi frondent cum tempora veris,
 coph. Atque suo virides hortos incendit odore.
- MALUS** Quid memorem, quanto se punica malus honore
PUNICA. Efferat, ut virides ramis fruticantibus hortos
 Ornet & ardenti ramos convestiat ostro.
- Βαλαύστιον*
ἀνθῶδες
χειρὸς ποικίλης
 Dioic. & Nam neque se quisquam florum de gente, nec ipso
 Galen. De genere arbuteo, simili se jactet honore
 Fronde super viridi multo flos aureus igne,
 Et formæ insignis, varioque volumine crispus
Primus parti hujus
partis flore
ve incipientis cyrinus
vocatur, an
tequam
in alium ipsius prode-
 at. Plin. 23
 cap. 6. Cœpit apis, mellique suas distendere sedes,
Ἐπιαι μὲν Ordine multifido, & crates fundare favorum.
αὐτῶς εἰσιν Nam sua cuique acino cella est angusta, suusque
ὄξειαι, τινὲς Ordo, quem tereti septo membrana coercet
δὲ γλυκεῖαι, Durior, & reliquæ ponit fundamenta moli,
πλεον Granaque sunt ori per sese dulcia tantum,
ἢ ἀνθηραῖ. Quantum acida, & mixtū referunt ab utroq; sapore.
- Galen.

Unde corona autem, seu purpura mixta coronæ,
 Venerit huic pomo, non est exponere longum.
 Maura fuit prisco Nomadum de sanguine virgo,
 Et quantum color ille tulit, formosa: sed isti
 Non par respondit fati indulgentia formæ.
 Nam patrios vates, atque ipsa oracula divûm,
 Dum se virgo super, nimis anbitiosa rogaret:
 Responso vatum ambiguo sibi regna putabat
 Portendi, quando spondebant fata coronam.
 Demens, quæ vatum potuit confidere dictis!
 Namque triumphatis dum se referebat ab Indis,
 Illam connubii specioso nomine cepit
 Vitifator Bacchus: mulier frustrata, coronam
 Erepti retulit pretium dotale pudoris:
 Postquam facta virens, de corpore virginis, arbos,
 Forma que successit formæ diversa priori.

Nec decus hortorum non juverit, horridus ille
 Sit licet, & folio rigeat paliurus acuto,
 Et rhamnus, spinæ nomen cui contigit albæ,
 Frondiferumq; capri folium, & silvestris acanthus,
 Alceaque, Idæusque rubus, ruscique, halimique.
 Et quas mille modis ad normam ponere norit
 Villicus arbuteo fruticofas de grege stirpes.
 Nam neque multiplices dicendo exponere formas
 Est tempus, nec jam species fas ire per omnes.

Ipsa Horto egressis se silvis scena coruscis
 Explicet, atque omnes divortia longa viarum
 Differat in partes, & partibus omnibus idem
 Angulus, & spatio respondeat unus ab omni
 Quamquam alias alii describunt sæpe figuras,

Ῥοιὰ δὲ ἐπι-
 νωδῆς μὲ-
 σῶ ἔχει
 δύναμιν.
 Diosc.

DUM I:

Qui nemori obliquos tendunt involvere flexus ;
 Ordine ab adverso ; postquam via limite recto
 In longos tractus se longe effusa tetendit.
 At tibi seu recto spatiorum linea versu ,
 Seu forte obliquo se proferat , aureus ornet
 Pulvis iter , secto vel humus se gramine pingat.
 Si vobis Horti , nemora aut spatiosa terantur ;
 Non desint , quæ vos portent carpenta , puellæ ,
 Et matres , ne forte pedes viz longa fatiget :
 Quamquam prævalidas labor is quoq ; forte juvabit.

At de phillyrea tonsas seu ducere sepes
 Contingat , nemoris virides seu tendere textus
 Carpinei , lenti seu flexile vimen acanthi ,
 In testudineum moliris flectere dorsum ,
 Forcipibus crebris ramos compesce fluentes.
 Nam nisi præsectis reprimas hastilia virgis ,
 Iam sua tonsilibus tolletur gratia textis :
 Si quid sepem ultra versu turgebit iniquo.
 Et quoniam semper spatii in iussa virebunt
 Gramina , semper erit tellus purganda , neque ullis
 Sordibus , aut ullis tractus glaber horreat herbis.
 Hunc autem imprimis , hunc villicus ipse laborem
 Experiatur , eas partes agat , ipse feraces
 Figat humo plantas , & campum floribus ornet.
 Vosque ô solerti famulantum turba magistro
 Ferte simul vestramque operam , vestrosque labores
 Ferte alacres , isti que manus impendite curæ.
 Pars habiles terras , spatia ad fundanda , cylindro
 Profubigat , glebasque soli percindat inertes :
 Pars Horto inducat fontes , rivoque sequenti

Et

Et foveat plantas, & temperet arva fluentis :
 Tonfibus pars lenta paret retinacula textis :
 Pars nemus omne levet foliis, & ruris opaci
 Luxuriam tollat nimiam : pars rafile buxum
 Tondeat : hic ferro folers rimetur acuto,
 Quæ cœci fodiunt finuofa cubilia talpæ,
 Sub terram, reparaetque solum, ferat ille ferendos
 Areolis flores, opere omnis ferveat Hortus.
 Præfertim villæ, certis fi forte diebus,
 Expectetur herus, rauca qui fessus ab urbe,
 Dulcia secreti quærat folatia ruris.

Felix ille, gravi rerum quem pondere preffum,
 Semotum longe à ftrepitu, & popularibus undis :
 Interdum molli patrium rus accipit umbra :
 Liber ubi penitus curarum, animique folutus
 Tantisper respiret, & aspera diluat urbis
 Tædia, civiles permutans rure tumultus.
 Nam medio feu forte calor decedere Soli
 Admoneat, cælo invitet feu vesper aperto
 Lætari, fummosque super fe tollere montes,
 Ut fe prospectu camporum oblectet amœno :
 Blanda fatigatam mulcebunt gaudia mentem.
 Ipse autem lucum feu fors errare per altum,
 Cum matutinæ rumpunt nemus omne volucres,
 Mugitusque boum de valle audire reducta,
 Cùm pastæ sese referunt ad tecta juvencæ ;
 Seu flores lustrare, suos feu visere fontes,
 Seu villam curas malit differre per omnem :
 Nescio qua lætam captus dulcedine mentem,
 Insanos jam non aulæ, non urbis honores

Οἶον αἶκον
 σελ βοῶν
 μυηθμένων
 καὶ ἀσθενῶ
 των βλη
 χομένων.
 Liban d
 vitæ rus
 laud.

Respiciet. Nam plus silvæ, rivi que placebunt,
 Et quæ pura venit, puro de rure, voluptas,
 Gramineusque torus, vel simplice somnus in herba,
 Quam foribus domus alta pavimentoque superba
 Porticus, aut variis pictum laqueare figuris,
 Atque illusæ auro, Belgis que tapetibus ædes.
 Hunc ego, Saturno quondam regnante, putarim
 Mortales primos vivendi habuisse tenorem:
 Cum primæ quercus oracula prima ferebant.
 Omne ævum in pratis, molli sub graminis herba,
 Ducebant læti, vitam qui simplice cultu
 Degebant, montesque suos, sua flumina norant.
 Nondum Romanis rupes Tarpeja triumphis
 Dives erat, raræ, septem sub montibus, ibant
 Ad pastum pecudes, & vallis Aricia viles
 Vix bene pascebat, pratis Laurentibus, agnos.

Multa alia ipse etiam possem præcepta referre,
 Quæ ruri passim ornando, nemorique valerent,
 Ni pars restaret cœpti properanda laboris,
 Aspiceretque ratis portus jam fessa propinquos.





HORTORUM

LIBER TERTIUS.

A Q U Æ.



Os liquidi fontes, & stagna sonantia ri-
vis,

Speluncæ, vitreique lacus, & amœna
fluenta,

Deliciæ hortorum, atque umbrosi gra-
tia ruris,

Numinibus vestris, vestro succurrite vati,
Si sensum fontes, si flumina numen habetis.

Fas mihi terrarum cœcos penetrare recessus,
Et qua perpetui manent ab origine rivi,
Dicere, & unde suos habeant vaga flumina cursus?
Quis tam dives aquæ thesaurus? quove perennes
Tam jugi porrò replent se fonte lacunæ?

Ipse mihi egregiam ducendis fontibus artem
Monstranti, dandumque hortis hac parte decorem,
Villicus accedat, tota cum gente, docendus:
Ut nihil ornando desit, quod serviat horto.

E 4

Tu-

Instituis, fundoque suum moliris honorem :
 Vosq; omnes cultum hortorum , formaq; professi :
 Floribus , & filvis latices inducite crebros :

Namque animi filvis , & floribus inde petendi.
 Quærat aquæ fontes , fontanaque numina placet ,

Et vocet in rivos currentem fluminis undam ,
 Qui mea formandus venit ad præcepta colonus.

Ne deserta siti , jejuno in tramite , tellus
 Langueat , atque solum morientibus æstuet herbis.

Non erit ille labor durus tibi ; sicubi rupes

In cælum attollat sese , de colle propinquo :

Namque supercilio vicini collis ab ipso ,
 Semper erit largæ vis plurima , quam tuus undæ

Exprimat , & campum fossor deducat in omnem.

Nonne vides rapidum Ligerim, ingentemque Ga-
 rumnam ,

Quique Parisiacos fœcundat Sequana campos ,

Et Rhenum, & Scaldim, & Rhodanum, magnumq;
 fluentem

Danubium, atque alios descendere montibus amnes?

Sive cavis subter spatium sit inane cavernis ,

Hospitium undarum , seu quod spirabilis aër ,

Inclusum frigus rupis cùm sensit opacæ ,

Paulatim in tenues longo fluit agmine rivos :

Unde ipso tepidæ sudant humore cavernæ :

Quales marmoreis guttas stillare columnis

Humentis cælo , & bruma nigrante , videmus.

Rupibus idcirco ex altis permanat aquarum

Roscidus humor , & uberibus flent omnia guttis:

Seu quod per montes altos , tellure sub ipsa ,

Im-

Imbribus è cælo ruptis, nivibusque solutis,
 Multarum sese vis plurima cogit aquarum
 Ima petens, donec jam copia viribus auctis,
 Erumpat vallo, campisque insultet apertis.

Nec desunt, quorum melior sententia menti,
 Qui perhibent fontes genus altum accersere ab ipso
 Oceano; nam totum orbem circumfluit ingens
 Oceanus, magnæ subter spiracula terræ
 Qui subit, in tenues fusus sub corpore venas
 It sanguis, totique facit commercia moli.
 Quo fit uti nunquam crescat, ripisque redundet
 Pontus, ubi vasti de partibus omnibus orbis
 Undique tot tantis concurrunt fluctibus amnes.
 Interior nam cum raro fit corpore tellus,
 Inque specus altos, imperfosfosque meatus
 Interdum descendat, & in loca concava fidat,
 Unda maris, raræ per curva foramina terræ,
 Perque sinus ipsos, furtivo lubrica lapsu
 Paulatim insinuat sese, cœcumque per imos
 Aut quærit calles iter, aut molitur eundo.
 Ac ubicumque magis ruptæ se viscera terræ
 Percindunt, crebroque patent ad aperta meatu:
 Tum magis, atque magis largus se fundit aquæ fons.
 Idcirco latices manant, ex æquore falso,
 Non falsi; nam cum multum, tellure sub ima,
 Multiplices se per salebras, & acerba locorum,
 Perque cavos flexus, & inæquales per arenas,
 Torfit agens maris unda, salis quæ crassa marini
 Materies hærebat aquæ, purgatur, & omne
 Seu per cola means, vitium detergitur undæ.

*Aqua sit
perspicua co-
loris, nec ul-
lo sapore,
aut odore
vitietur.
Pallad.lib.
1. iit. 4.*

Nec per se hæret aquis ullus sapor, aut color ullus,
Quos terra de matre petunt : hinc sæpe nocentes,
Sæpe salutiferas, vario discrimine, vires
Pro varia tellure, videbis ducere limphas.
Tales Borbonios, tales fas credere fontes
Pugiacos, succo affecit quos terra salubri,
Per quam sublapsi medicatum hausere liquorem:
Unde omnes per se valeant avertere morbos :
Nec vim tantam alibi poteris sentire medentum :
Nec tam præsentem divûm cognoscere curam.

*Ἐπὶ τοῖς πί-
ζαις ἔορέων
πλείσται
πηγαὶ καὶ
μεγισαί.
Democ.
lib. 2.
γεωπον.*

Ergo tibi labor is primùm impendendus, ut horto
Inducas fontem vicino è colle petitum :
Nam vicinus aquam collis dabit ; undique terram
Late ipsum circa montem, & declivia montis,
Affiduus fodere, & ferro explorare memento.
Si tibi de plana se fons tellure profundat,
Illum sperne, tuo qui vix erit utilis horto :
Nam salientis aquæ non est speranda voluptas,
De plano; neq; enim vis unquam assurgit aquarum
Fontem supra ipsum ; sed per declivia labens,
Esse potest per humum ducendo commoda rivo.

*Οὐκ ἐλπί-
δας ὕδασι
ἔχοντες τί-
ποι. Παλα-
μι 2. γεωπ.*

Si natura soli fontes sperare negarit :
Qualis gleba gravis vulgò perhibetur arenæ,
Nec quidquam voto rivos optabis inani.
Vidi ego, qui fontes horto dum fortè rigando
Quæreret, & fosso nullos reperiret in agro,
Creber aquam, votis nil proficientibus, omnes
Orabat divos, nec aquam per vota ferebat.

Et qua Medonici sese subducere colles
Incipiunt, vir nuper erat ditissimus unus,

Qui

Qui fuit in Francis : nam fundi largus opimi,
 Ingentes campos centum vertebat aratris :
 Huicque suas & opes , atque auri magna talenta
 Rex servanda dabat , regni pro rebus agendis.
 Ille domum , summo jam tum sub monte pararat
 Magnificam , limenque domus prætenta sub ipsum,
 Planities , late campum affurgebat in omnem ;
 Arduum opus , totique agro spectabile , & urbi.
 Nec fundo deerant Horti , silvæque virentes ,
 Non campos late pulcher prospectus in omnes ;
 Sed fontes deerant , & aquæ , nullique per herbam
 Errabant rauco ludentes murmure rivi.
 Ergo cavæ ferro penetrantur viscera terræ ,
 Atque omnes pariterque operas , artisque magistros
 Convocat ipse loci dominus , nec sumptibus ullis
 Parcit aquæ cupidus : major quoque fontis habendi
 Per non tentatas crescit fiducia terras.
 Quin etiam fontes , ipsa de nocte , repertos
 Somniat , & voto vigilans se pascit inani.
 Nam omnem late , loca per declivia , campum
 Rimanti , totoque solum sub monte moventi ,
 Nullarum prorsus se spes monstrabat aquarum.
 Difficiles adeo , pro conditione locorum ,
 Interdum terræ fonti inveniuntur habendo.
 Ipse ergo grates , invento fonte , colonus
 Persolvat superis , & numina ruris adoret :
 Hoc ego pro vobis , vos hoc præstare coloni.
 Quamquam sæpe cavis , tereti siphone , colonus
 Ducit aquas puteis , & quos natura recusat ,
 Arte facit fontes. It machina pensilis alto

Usus AN-
 TLIE.

E tubulo, lymphas motu siphonis anhelò
 Quæ sursum attollat, moles licet ipsa repugnet.
 Qualis aquas, sub ponte novo, Samaritis ab imò
 Excelsa educit fluvio,eductasque refundit.
 Si quem forte suo non antlia juverit usu,
 Illius oret opem, sola qui voce liquentes,
 Percussa de rupe, potest deducere rivos.

Ne tamen artis opem conatu quærat inani
 Explorator aquæ: nam multos terra fefellit:

INDICIA
 FONTIS
 LATENTIS.

Τῶν δ' ὀρέων ἔνδρα

τὰ πλείστα,

καὶ τὰς ὑ-

πωρείας,

&c. Demo

cr. lib. 2.

ζεωπ.

Ενθα περὶ

κασσι ἢ κό-

νυζα, ἢ ὄθ-

λεις, ἢ κά-

λαμοί, ἢ

σχοῖνος φαι

νετι, ἐκεί-

σε ὄρουσε.

Paxami, 2.

ζεωπων.

Arcani fontis dentur quæ signa, monebo.

Si pendens tumulis & collibus edita crebris,

Vel juncis fruticosa, vel othlibus algida tellus,

Aut si mollis erit limosa vligine campus,

Quique frequens herbis, & caricis uber acuta,

Hic dabit indicium laticis manifestus, & ipsa,

Intus aquæ carecta dabunt tibi signa latentis,

Quique soli fundo crescit condensus aquosi

Muscus, & humentem lætata conyza per algam,

Batrachiumq; sinumque, & odoriferæ calaminthæ.

Cum diverso igitur de colle, coëgeris undam

Errantem, subjectum illam curabis in Hortum

Deduci, ducendi autem non unica fontis

Est ratio: sunt qui plumbo, testave receptos,

Vallem in subjectam, soleant traducere fontes.

Si via præsertim fuerit non longa, latexque

Colle in pendenti, vena uberiore, repertus.

Nam si cogendis & adhuc, de valle propinqua,

Multiplicandus aquis, venæ non uberis ibit,

Ille cavi angusto, sub terram, pariete saxi,

Includendus erit, quo defluus imbribus humor,

Vicinoque latex circum de rure coactus,
 Insinuans sese, muri per septa meando,
 Agglomeret, cursusque patens se laxet eunti.
 Ne tamen unda fluat per iter salebrosa lutosum,
 Perque sinus cæcos, aut fordes ducat ab ipsa
 Terrarum eluvie, spatia inter certa locorum,
 Rivi cursum omnem putealibus infode fossis.
 Nam planum per iter, raperet quem cursus aquarû,

PUTEALES
 FOSSE.

Limus iners fundo puteorum hærebit in imo:
 Nec poterunt raptæ fossam transcurrere fordes,
 Cursu interceptæ medio, immerfæque lacunis.
 Et quamvis cavæ tractus penetrabitur altam
 Omnis subter humum: puteis tamen omnibus extent
 Sublimes speculæ, per quas vel turbida cœno
 Unda repurgetur, vel fundo prorsus ab ipso,
 Quæ fordes se forte cavo infudere patenti,
 Mittantur, labesque omniſ tollatur aquarum.

SPECULÆ.

Nec mihi, nec quisquam sumptus persuadeat istos,
 Rure in privato, ducendo impendere fonti,
 Quos quondam Arcolio fecit Medicæa sub alto,
 Lutetiam ad magnam: quando deduxit in urbem
 Pontibus impositos, tanto molimine, fontes.
 Admirandi operis moles præcella, superbos,
 Pariete perpetuo, sublime assurgit in arcus,
 Suspensique fluunt, grandi sub fornice, fluctus,
 Qui cursu late excisos labuntur eodem
 Per montes, ac per substructas aggere valles.
 Nam paries quadro jungit divortia saxo:
 Per quem, magnarum cursum frænavit aquarum
 Regina, & totam fontes divisit in urbem:

ARGOLII
 AQUÆDU-
 CTUS.

Ro-

Romanæque omnes opere exsuperavit in uno
 Urbis aquæductus, luxus monimenta vetusti,
 Martigenæ gentis grandes spirantia fastus.
 Hos autem quamvis admittat publica sumptus
 Pro populo fortuna, tamen privata recuset.

Vosq; mihi hîc estis, quibus est res ampla, monendi,
 Ne fors ducendo census pro fonte paternis
 Contingat vobis expendere: vidimus istis
 Sumptibus everfasque domos, absumptaque nuper
 Prædia magna, modum discant servare modesti.
 Nec per compositos, testa ex arente, canales
 Ducere aquam pudeat, proclinatasque per alnos.
 Namque alnos perhibent ducendis fontibus aptas.

Εὐτυχὴς Fortunatus at ille, suos qui præter euntem
ἔδωκε σφοδρὰ, τὸ ἔχον ἀπὸ πηγῆς ὕδατος. Iugis possit aquæ rivum traducere in Hortos,
 Absque alni, aut testæ, plumbive canalibus ullis.
 Quale Parisiaco lymphis pernobile in agro
 Berniacum, largos uber cui Bivara fluctus
2. γεωπ. Transfundit, cursuque locum circumdat amœno:
 Tale Liancurtum, tales in finibus Horti,
 Borgulii Andinis, Ligeris prope littus amœni.

FONS LAMONIUS. Talis & ipsa, suo Musas quæ provocat omnes
 Murmure, multarum Polycrene dives aquarum.
 At non te pigeat, fons ô pulcherrime, vilis
 Si thalamus valli errantem confundat iniquæ,
 Nec cursum fatis æqua tibi det terra decentem,
 Per Sancaronios saltus, callesque malignos,
 Vel sic Lamonidæ placuisti. Si tamen ô si,
 Uber ut es rigui laticis, limphæque perennis,
 Rure Bavillæo flueres, hortosque rigares

Lamonios, tibi læta foret fortuna; neque effes
De Themidi fidis, credo, postrema deabus.

Iugis enim quæ limpha fluit, de divite vena
Prætereuntis aquæ, neque longos passa canales,
Plus juvat, & nulli est plumborum obnoxia damno.
Nam plumbum interdum rimas agit: ipsaque rimis
Effluit, & per agros misere deperditur unda:
Et fit semper aquæ captivæ injuria, quando
Ingenio per agros vult liberiore vagari.

Quòd si non rivi jugis tibi lympha propinqui
Contigerit: non longè horto cava perfode vasti
Stagna lacus sub humum, quo se mox omne receptet
Collectarum altus de montibus agmen aquarum:
Et cretosa imo sternatur glarea fundo:

AQUA-
RUM RE-
CEPTA-
CULUM.

Labentem, per se, nam glarea distinet undam.
Nunc age, quâ fontes omnem ratione per hortum,
Quove modo rivos, quâ digerat arte colonus,
Quos quibus amnis aquæ motus moderetur habenis,
Expediam: te nil horum nescire juvabit.

Mille modis dociles rivos, & mille figuris,
Dispensare potes (me discere cuncta magistro
Sustineant, veniunt ad me quicumque docendi.)

Ut quæsitæ tibi gratia prosit aquarum,
Sunt ad vicinas valles, hortumque sub ipsum,
Arcte includendi latices, plumboque premeudi.
Nam nisi pressa diu, & presso glomerata canali,
Non alte erumpit venis bullantibus unda.

Multi sæpe etiam tubulis utuntur ahenis,
Impetus, ut rigido veniat magis acer ab ære,
Compressæque tubis, assurgant altius undæ.

Ne

Ne tamen aut plumbi ductu, aut frænantis aheni,
 Inclusi cœco luctentur turbine venti,
 Irrumpantque tubos, & inania claustra pererrent:
 Unde gravi ipsa etiam cum vento exæstuet unda,
 Percindatque sinus omnes, & vincula rumpat:
 Spiramenta tuos inter miscenda canales,
 Ut tenues laxet liber se ventus in auras.
 Haud aliter quàm cùm cellis nova vina Falernis,
 Spumantique cado infundit, frænisque coërcet
 Vinitor: ilignis aperit spiracula costis.
 Ni faciat, costas violento spumifer æstu
 Quippe omnes rumpat Bacchus, solvatque catenas.
 Ergo cum latices hortorum in limine primò,
 Collectamque jugis partiri cœperis undam:
 Imprimis medio fons constituendus in horto
 Qui salientis aquæ, tubulo prorumpat ab arcto,
 Plurimus, & vacuas jactu se libret in auras,
 Quasque accepit aquas, cælo, ventisque remittat.
 Fontem ipsum amplexus fundo, labroque capaci
 Circumeat, tumido seu graminis aggere muscus,
 Sive laborato de marmore conditus orbis.
 Proque tubo interdum variis simulacra figuris
 Imponunt, Phocas alii, Scyllasque bifformes,
 Infusos alii rigido Tritonas ahenò.
 Ut Lucemburgo qui semifer extat in horto,
 Iactum fundit aquæ Triton delphine superbus:
 Magnificoque labri se quamvis orbe coronet
 Nobilis Arcolica fons Lucemburgius unda,
 Sandovio cedat fonti, quo læta Philippi
 Primum Aureliadæ jactat se villa, suosque

FONS SAN
CLOVIUS.

Un-

Undarum magno lucos commendat honore,
 Et pagum, domino se principe jactat in omnem,
 Qui populi meruit primos, & Regis amores.

AQUE SA-
 LIENTES.

Hinc & aquæ jactus vobis exempla petenda,
 Conciliare decus vestro qui quæritis horto.
 Ille alios unus longe supereminet omnes:
 Cui non Francigenis certet de fontibus ullus,
 Aut tantum fluere, aut se sic efferre sub auras.
 Quadri namque lacus medio de gurgite, plumbum
 Os aperit tumidum limphis; stridentibus unda
 Erumpit scatebris, & iter rimata solutum,
 Turbinis in morem, rapido petit æthera jactu,
 Ceu rotæ undantem, liquidum per inane, sagittam:
 Exultant alti latices, lapsuque sonanti
 Unda superfusam plaudendo verberat undam,
 Dum cadit, & labrum roranti perpluit imbre.

At qui primus aquis fuerit salientibus ortus,
 Exponam: neque enim factum meminisse pigebit.

Phasidis ad ripam, lecto cum robore pubis
 Argolicæ, quondam Graja rate claviger ibat
 Alcides, & parvus Hylas comes ibat eunti.
 Altus erat fagus terra in Bithynide lucus,
 Afcanium ad fontem, quem præter Thessala pinus,
 Dum vehitur, placida Minyæ potiuntur arena,
 Æquore defessos artus in littore ponunt,
 Ipse autem longe socios præit impiger omnes,
 Alcidæ dilectus Hylas, fontesque requirit.
 Ut ventum ad ripam, quam de cervice gerebat,
 Gramineis urnam ingentem deponit in herbis
 Lassus, & extremæ sedit sub margine ripæ.

F

Tum

Tum pater Afcanius, Thalamo sub fluminis imo,
 Inachiam pariter matrem, pariterque forores,
 Atque Ifim, atque Ephyram, atque Lycaodem
 Melaninam,

Et quæcumque lacus, vicinaque rura colebant,
 Indigetes nymphas mensis acceperat altis.
 Et vidit prior Ifis Hylam, obftupuitque videndo,
 Miratur pueri vultus, oculosque nitentes,
 Et fparfos zephyris per lactea colla capillos:
 Illa fatigato, herbaque in viridante fedenti
 Iam parat infidias, & fpe præfumat amantem.
 Ipfe autem, dulces ripa dum tollit ab alta
 Pronus aquas, lapsus feu pes trepidaverit udo
 Margine, five illum moles opprefferit urnæ,
 Labitur: Ifis adefl labenti prompta, fimulque
 Non mihi non alius veniat fperandus; at ille
 Instantem pariter nympham, fluctusque refufos
 Dimovet, & nifu per aquas luctatur inani:
 Adfunt & nymphæ comites, puerumq; morantem,
 Patris ad Afcanii pendencia pumice tecta,
 Invitant, harum fit ut is quoque numen aquarum.
 Dum refugit, nec habent jam brachia lassa vigorem,
 Fons fit aquæ, fontisque Deus, cui nympa repulfa
 Vindictæ indulgens, & jam crudelis amando,
 Addidit excelfum ingenium, morefque fuperbos,
 Communem contra qui feſe tollat aquarum
 Naturam, nifuque altum irrequietus anhelò
 Nec quicquam affectet: fequitur nam jugis euntem
 Lapsus, & ex ipfa trahit ambitione ruinam.
 At puer interea, toto ſub littore, fruſtrà

*Cui non dicitur
 Hylas?
 Georg. 3.*

AL-

Alcidæ quæsitus, eo clamante sonabant
 A scanides passim ripæ, collesque propinqui :
 Omnis Hylâ rupes, & Hylam nemus omne vocabat,
 Mutatusque locum primus salientibus undis
 Fecit Hylas, nymphæ durus dum spernit amores
 Ifidis, & fontes ipsos fugisse laborat.

Hinc salientis aquæ celebres quæsitæ per hortos,
 Et virides lucos, una non arte, voluptas.

Nam varios pariterque modos, pariterque figuras,
 Addidit artis opus varium erumpentibus undis.

Cuncta Ruellæo poteris quæ visere ruri :

Insignes tot ubi, tam magnis sumptibus, undas

Extudit egregii monumentum illustre laboris

Richelius, magnis ferret dum pondera rerum

Consiliis, regni que vices pro rege teneret.

Hic & digestos, vario discrimine, fontes

Aspicias duci in præceps, sursumque reduci;

Inque omnes motus, & in omnes ire figuras.

Hic & aquæ jactum patulo vomit ore Chimæra,

Horrendum stridens, torrens it fusus ab ore

Undivomo, spumantque rotati gutture, fluctus,

Et dum se partes motus draco versat in omnes,

Terret circumstans violenta aspergine vulgus.

Inde tubi molem incurvi venator ahenus

Tendit in excubiis positus. mortemque minatur.

Verum fatifera plumbi pro glande, repentes

Ejaculatur aquas, & torto flumine sævit.

Frustrati risus vulgi, plaususque sequuntur.

Sed quid speluncis memorem quàm multa sub altis

Ars ludit per aquam, cum desuper intus ab imbre

FONTES
 RUELLÆI.

SPELUNCÆ
 C. B.

Artifici, scatebrisque frequens stridentibus omnis
 Perpluitur locus, & latices rumpuntur aquarum,
 Insultantque solo: salientis undique rivi
 Grandibus humectant guttis pendentia saxa.
 Sed quos non lusus antri, fontisque magister,
 Quæ non per dociles molitus ludicra limphas?
 Quamvis ista velint aliis præstare jocosæ
 Najades, antra levi si quando scrupæa topho
 Moliri, liquidosque parent inducere fontes
 Antris, & lapides ipso ex oriente petitos,
 Atque Erytræa suæ conchilia neçtere rupi,
 Ædificent alii manantia fontibus antra,
 Pumice multicavo, vel conchis summa lacunent,
 Quas in diversas concinent rite figuras.
 Omnia quæ melius proavis incognita nostris:
 Hæc inhians oculis quærat spectacula vulgus.
 Quæ populo exhibeat, per tempora certa magister.
 Tu grandens prudens & aquas, & seria rerum
 Semper ama: lapsus quo sit librandus aquarum
 Disce modo: labris ut magna capacibus altos
 Impleat unda lacus, fluvios imitata fluentis,
 Stagnave tranquillæ referens spatiosa paludis.
 Ipse tuæ si jactus aquæ satis oris habebit,
 Accipiat fontem largum, longeque remittat.
 Nam placet ubertas in fontibus, ipsaque semper
 Copia, quæsi pars est & magna decoris.
 Nec simili librandam modo, similique figura
 Est aqua per jactus, in aquis si ludicra quæras,
 Effingunt alii profusos jactibus imbres
 Multifidis, alii, radios, & lumina Solis,

Emiffas alii cornu è stridente fagittas :
 Aft alii rapida fluctus vertigine raptos
 In præceps, Siculæ ceu parva exempla Charybdis
 Orbis in angufti labro describere tentant.
 Unda agitata falit : ceu cùm crepitantibus ardens
 Æftuat in flammis liquor exultantis aheni.

At de præcipuo latices errare jubebis
 Fonte redundatos, crebrisque excurrere rivis,
 Per campum; ipfi etiam ftagnum accipiantur in am-
 plum

Currentes rivi, ne quid perdatum aquarum.

Nunc quibus errantem frænis ars temperet undâ,
 Dispensetque omnes, fua per divortia rivos,
 Describam; licet indociles aqua libera per fe
 Ire vias femper velit, obfequiumque recuset :
 Ipfe tamen poteris rivis imponere morem,
 Et certos illis per humum describere curfus,
 Erroresque viæ ambiguos, flexusque locorum :
 Quos unda interdum curfu fraudata tenebit
 Legitimo. Rivi crebris nam sæpe morandi
 Flexibus, & juffa per campum ambage tenendi.

Talis Amygone patriis erravit in agris,
 Postquam Neptuni primos audivit amores.
 Nam virgo infelix violatæ plurima famæ
 Permetuens, fefe curfu vitabat eodem,
 Atque fequebatur : nondum fe forfan amantis
 Senferat illa Dei factam, de numine, rivum,
 Qui pariter fugiens fefe, pariterque fecutus,
 Circuitusque trahens, fua per veftigia, longos,
 Implevit variis Dircaum erroribus agrum.

Εν τοῖς κή-
 ποῖς αἱ θ-
 δραγωνίαι
 κατασκά-
 ζονται ἀπὸ
 μιᾶς πη-
 γῆς εἰς πολ-
 λοις ὄχε-
 τοῖς. Arift.
 3. de part
 anim. c. 5
 RIVI.

Fusi igitur per mille vias fugientibus undis
 Undique discurrant, secto sub gramine, rivi.
 Pars rapidis passim, loca per prærupta, fluentis
 Præcipitet; qualis multo tumefactus ab imbre,
 Dat sonitum faxis glomerato vortice torrens.
 Pars timido cursu per humum trepidare labore
 Obliquam, sed nullus obex cunctetur euntem:
 Perstrepat ille cavas, arguto murmure, valles;
 Insultansque solo tenues assurgere in iras
 Discat, & imbelli jam saxa laceessere pulsu;
 Iam ripæ intentare minas, & littora circum
 Nec quicquã obstrepere, & spumis aspergere truncos.
 Quique fluit jam parcus aquæ, raucoque per herbam
 It strepitu, tenuis sine re, sine nomine rivus,
 Si quando rivos, vicina è valle, minores
 Accipiat, quondam in magnum se tollere flumen
 Audebit, pontesque pati, grandesque phaselos:
 Iste suos aliis ardens confundere fluctus
 Fluctibus, invita cursum festinet arena:
 Ille autem incertus fluere, oblitusque moveri,
 Obscuræ seu pacis amans, seu fontis egenus,
 Volvat lentus aquas, & ad obvia quæque moretur,
 Errorum impatiens; non illum cymba, nec ullus
 Naviget hæsurus, sicco sub flumine, linter.
 Exultet molles lætissimus iste per herbas,
 Aut musco in viridi: dum silvis ille sub altis,
 Rauca gemit, callesque minis objurgat iniquos,
 Si quis erit, varios tendat qui flectere cursus,
 Aut tua prata riget limphis, aut sternat opimo
 Rura luto, camposque ferax oblimet inertes.

Si tamen altus eat, multa est tibi mole docendus
Hærare in ripis, & molli parcere prato.

Cùm verò rivi rumpuntur fontibus, & cùm
Vere natant udo valles, atque imbris atris,
Prata, nemusque, solo contra defende regeſto:
Ne campum labes ultrò se fundat in omnem.

Utque omnes rivos eadem non forma decebit:

Sic & diverſas ravis intendere ripas,
Riparumque toros vario discrimine diſce.
Floribus hos, illos herbis, & gramine puro,
Atque laborati prætende crepidine ſaxi.
Obſcenas ripis velet ſua canna paludes,
Aut celebres fulicis, ranisque loquacibus algæ.
Nulla tuos ornet, puro niſi gramine, rivos
Herba, fluat nitidis ubi fons argenteus undis,
Aut æquale ſolum fulva ſternatur arena,
Quod virides vltimi prætextu frondis opacent.
Nam rivi ornandi ripis, cultuque juvandi.
Dumque ibunt juffo, loca per declivia, curſu,
Vallibus eſte viæ faciles; nullique morentur,
Si properent, lapſi, ripa è pendente, lapilli.

Fontibus ipſa autem, rivisq; frequentibus, omnis
Silva ſonet: nemorum turbate ſilentia, fontes,
Murmure non uno, turbate ſilentia, rivi:
Perque omnes luci flexus, aditusque viarum,
Undique ſint latices, animos qui frondibus addant.

Dumque ſuis, oculosq; tuos animumq; tenebunt
Deliciis rivi, permulcebuntque morantem,
Fors erit, ut miſeræ infelix fortuna recurſet
Bibliſidis, & doleas mutatæ fata puellæ:

*Si palus a-
liqua parte
ſubſidens
reſtagnat,
aqua deri-
vanda: nã
augarum
abundan-
tia atque
penuria gra-
minibus
aque eſt
exiſtio.*

*Cæſar l. 2.
de bello ci-
vili.*

Ipse etiam tibi forte suos Alphæus amores,
 Atque suos Aretusa, tuis monstrabit in undis;
 Fors erit, ut dicas, quando te rivus habebit:
 Sic ibat Simois, sic tu, Penee, fluebas,
 Sic Hypanis, sic Volscus aquas Amasenus agebat,
 Pattheniusque rapax, & currens lene Melanthus,
 Atque Borysthenio tumefactus ab amne Dyrraspes:
 Prisca olim vacuos tenuit cum fabula vates.

Ars etiam, reliquis cum fontibus, addere & horto

AQUA-
 RUM LAP-
 SUS.

Magnarum certos lapsus monstravit aquarum:
 Quales abrupti per summa cacumina Juræ,
 Perque Alpes ipsas, de rupibus ire videmus,
 Et sola terrarum per præcipitata refundi.
 Et perhibent, qua parte gravem devertit ad Arcton
 Americæ, duroque rigens Aquilone movetur,
 Trans magnum Oceanum, ripæ Canadensis ad oram,
 Inter perpetua nigrantes abiete lucos,
 Præcipientes altis labi de montibus amnes,
 Cum sonitu horrendo, tanto perculsa tumultu
 Ripa omnis gemit, & valles, silvæque profundæ.

Hosque Ruellæis imitatæ Najades hortis,
 Undarum casus, alta de rupe, ruentum,
 Artis opus summæ, virides fecere per hortos:
 Quo se animi simul oblectent, oculique tuentum,
 Ardua stat cælo rupes, & rupe sub alta,
 Ingens multarum se copia rumpit aquarum,
 In præceps, crebra spumant aspergine fluctus,
 Perque gradus fracti certos, & iniqua locorum:
 Fit sonitus: ceu cum torrens infrænis ab alto
 Monte ruit; terra ingenti gemit icta fragore,

Sub-

Substrati filices, rorataque saxa fluentis
 Planguntur fluctu, toto sonat avia luco
 Horrendum tellus, longe omnis silva resultat.

Illud aquis fatum fecisse Pelasgida Sappho,
 Tum perhibent; profugum cum desperata Phaonem
 Nympha, per Ambraciæ fines sequeretur, & altam
 Leucada jam cursu ascendens superasset anhelos:
 Et vix constiterat summæ sub vertice rupis,
 Actiacum tristis, quantum patet, aspicit æquor,
 Quod suberat rupi. Sic Lesbia Najas illi
 Monstrarat, duros ut aquis extingueret ignes.
 Quod prior ipse olim Pyrrhæ labefactus amore
 Deucalion, misero dederat solamen amori.

Sed dum rupe gravem casum meditatur ab alta,
 Ipse pater vatum, saxo qui præfidet illi,
 Carminibus celebrem Nympham, miseratus Apollo,
 Fecit aquam: cui se mittendi è rupibus altis,
 In præceps, & adhuc amor, ingeniumq; relictum est:

Si tibi forte jacens æquali contigit hortus
 Terrarum tractu, cui nullus tubere dorso
 Immineat collis, præruptave vertice rupes,
 Unde caducarum lapsus modereris aquarum:
 Ipse reclinato clementis ab aggere clivi
 Ordinibus longis lapsuros digere fontes.
 Undarum lapsus sic est metata suarum
 Nympha Liancurti; namque horti margine in ipso,
 Rivorum longos, herbofo ex aggere, lapsus
 Disposuit, sed non celsa de rupe, cadentum.

Par ratio hujus aquæ, thalamo quæ fusa sub æquo,
 It lævi de rupe fluens, interque fluendum,

AQUÆ
 TEXTILES.

Tenditur, attonsis ceu cum mantilia villis,
 Carbasseive sinus cælo panduntur inani,
 Sic gracili labens se textilis unda fluento
 Explicat, & lato exundans se margine tendit.

Non tamen hos lapsus, non hæc ludicra requiras,
 Si latis tibi stagna patent ingentia ripis,
 Atque effusa labris, thalamisque capacibus unda
 Ducenda in rivos, & agrum fundenda per omnem.

At mihi dicendis hortorum in grandibus undis,

GRANDES
 AQUE.

Grandius ora sonent, vestro de mune e Musæ.
 Te primum terræ ingentes aperire lacunas,
 Extra alios fontes, & in inferioribus hortis,
 Præcipio: quò se errantes demittere rivi
 Assuescant, fontesque omni de parte redundant.
 Nam neque tam graciles rivi, fontesque placebunt,
 Quam magni tractus undarum, atque æquora lata,
 Imensos longis imitata cubilibus amnes.
 Proinde cavos seu forte lacus, quadrataque ripis
 Stagna pares, late grandi effodiendus hiatu
 Alveus, abscissa circum tellure, patenti
 Æquandus thalamo fluviorum, altæve paludi.
 Ipsum autem vallum, circum supraque, quod omnē
 Continet amplexu ripam: ne forte sub undis
 Perfidat, quadri fundandum pariete faxi,
 Cæmenti que solum multa compage tenendum.
 Namque ipsi & lapides, ipsa & cæmenta fluenti
 Subsidere & aquæ interdum, & fecere ruinam.
 Ergo ne dubita firmas opponere moles,
 Omnes per stagni ripas, spumantibus undis,
 Aggeribus murorum, & aquas sua ripa refrænet.

Im-

Implebuntque lacus vacuos, de partibus horti
 Diversis, jussi per campum accedere rivi,
 Et centum plenas inuergant Najades urnas.
 Vidi sæpe suos, qui de torrentibus ipsis
 Implevere lacus, & quas ex imbris atris
 Per campos passim, fors ipsa coëgerat undas,
 Ornauere labro ingenti, ripisque receptis.
 Tale Bavillæo magnum memorabile ruri,
 Nympha loci, domino legum jam præside major,
 Fortunaque domus dives meliore paravit.
 Nam per semirutas prius ibat languida moles
 Unda, nisi hiberno forsan gravis imbre tumeret:
 Scabraque destructæ manans per rudera villæ,
 Per se fontis inops, & pulverulenta fluebat;
 Hancque Bavillææ, Sancarónidesque iuvençæ,
 Post pastum, cursu in medio, potare solebant:
 Quam poteram pedes ipse leui transmittere saltu.
 At domino cum venit honos, accessit & ipsi
 Deinde loco. Nam quæ junco male tecta palustri
 Ibat parua quidem, magnis sed debita fatis,
 Grandi accepta lacu, jam piscibus unda natatur
 Dives aquæ, plenoque tumet spectabilis alveo:
 Et videt interdum magni capita alta Senatus,
 Civiles dominos rerum, legumque magistròs,
 Fessos urbe, suis per gramen ludere ripis.
 Iactusaquæ, stagno in medio, stridentibus undis
 Erumpit, totum lapsu qui personat hortum.

Stagna autem pro se diversas quæque figuras
 Accipiant, sint quæ referant, te maxime Lari,
 Fluctibus, aut surgens unda, Benace, frementi,

Sint

STAGNUM
 BAVILL-
 LEUM.

Sint & quæ ripis Trasymenum imitentur opacis,
Lucrinofve lacus, & Avena sonantia filvis,

Nec te magnarum minus oblectabit aquarum
Ambitus, excisum glebâ ducendus in orbem
Forma decens hortos, scenis si silva coruscis,
Vernantes ripas, ramo pendente, coronet,
Gramineique tori, purove sedilia saxo.

*Super omnem a-
quam vi-
ditas. &
ad oram
fluminis.
Ecl. c. 40.*

Et seu constet iners, riguus seu profluat humor,
Silva coronet aquam, prætexens frondibus altis,
Omne latus, totique loco det frigus, & umbram,
Sunt dulces & aquis, & amicæ fontibus umbræ.
At non hic querulæ, confuso murmure, ranæ
Antiquas lites, & jurgia longa recantent:
Hinc abige indignas; imo nam gurgite limum
Turba maligna movens, permiscet cuncta tumultu;
Sed puras late per aquas & flumina multus
Ludat olor, qualis, qui plumis abditus albis,
Tyndaridæ matrem cælestis cepit adulter.
Vosque coronati per flumina ludite lintres:
Picæque spumantes perstringat palmula fluctus.

Ne tamen ah! nimium ripis ne credite matres:
Perfida vestrarum forsan nescitis aquarum
Arbitria, & viridum numen crudele deorum.
Crimen fecit aquis, miseri post fata mariti,
Halcione, fugiensque minas Athamantis, & iram
Infelix Helle, fecit crudelis Elisæ
Anna soror, fecere viri, fecere puellæ
Qui merfi toties altis periere sub undis.
Numen adorandum undarum, ne talia vestros,
Cultores florum patiantur fata, per hortos,

Hof-

Hostibus hæc potius contingant funera nostris.

At ne discedam longe, aut jam exorsa relinquam,
 Ut tibi & ipsa etiam longis spatiosa fluentis
 Arva natent, variis diversi è partibus horti
 Unda omnis collecta, ingentes stringere ripas
 Gaudet & pleno per agros æquabilis alveo,
 Et grandes cursu rivos imitetur, & amnes,
 Littoribus rectis, structæque crepidine ripæ.
 Nam non plus virides riguis aqua fontibus hortos
 Commendat, thalamo quam cum portenditur am-
 plo

Uber aquæ rivus, villa spectandus ab omni,
 Latifluoque sonans per agros se gurgite pandit,
 Tanquam legitimum ripis, ac nobile flumen.

Nec præcepta juvat præceptis addere longis,
 Ut si quæ fuerint istam monstranda per artem,
 Præterea longo durus tibi carmine texam.

Vos adeant, domino nuper florente, beatæ
 O valles, si quæ super his discenda requirant:
 Invisant vario digestos ordine fontes;

Quot constricta solo subter, plumboque fluentia;
 Quique, quot in formas fontanam ivere per artem.
 Multifidi fontes, ornataque fontibus antra.

Nos adeant, riguis longe ô celeberrima limphis
 Rura Liancurti, prætentaque gramina visant,
 Et quam mille modis Schombergia duxerit undam,
 Nympha loci custos, ruri præfecta marito,
 Una inter patrias longe celeberrima matres.

Teque adeo imprimis, quæ principe nobilis unda,
 Bellaquei Najas longe ô pulcherrima fontis,

FONS BEL-
 LAQUEUS.

Fran-

Franciadùm regina tenes moderamen aquarum.
 Nec sese ulla tibi, patriis quæ regnet in oris,
 Nympharum anteferat, nec tantum affectet hono-
 rem.

Te fontes, patriique lacus, te Gallica semper
 Flumina, te latis gaudet qui Sequana ripis,
 Atque Parisiacæ jactantior influit urbi,
 Te rapidus Ligeris, Ligerique infusus Elaver,
 Externique colant fluvii, tibi Martia Tybrim
 Italia, atque omnes submittat Græcia fluctus.
 Nam tu dives aquæ, & limphis opulenta beatis,
 Totque olim Regum impensis, cultuque superba,
 Una super reliquas tantum memorabere limphas,
 Quantum alias inter celebratur Gallia gentes.
 Illam & perfunctus bellis, & pace potitus,
 Et toties victor Lodoicus grandibus auxit
 Nuper aquis, scopuloque novos molitus ab alto
 Undarum lapsus, magnum decus addidit horto.

Sed quid ego immensos latices, fontesque super-
 bos

Commemorem : quanto se porrigat unda canali
 Unda immensa, ingens, grandi quæ fluminis instar,
 Majestate fluens, it ripis lata profundis.
 Illa suo toties decerni littore vidit
 Fortunas populorum, & missos undique ab orbe
 Regum oratores vario, qui supplice cultu,
 Arbitriumque suum peterent, pacemque rogarent,
 Sed non divitias fontis vacat ire per omnes
 Bellaquei nec, nec quos hortis Lodoicus honores
 Addere molitur, nec vos regalia tecta,

Tot

Tot Regum fundata opibus, luxuque beato,
 Florentes hortos jam fas memorare canendo.
 Nec si fas esset, me dicere cuncta parantem
 Iam sinat audiri, quæ regia limina circum,
 Omnis fama tubis sonat omnibus. Aspice quali
 Lætitia, plausuque domus jam ferveat omnis:
 Ex quo aulam partu implevit Lucina verendo,
 Delphinique sacris totus natalibus orbis
 Applaudit, certæ portat qui grandia pacis
 Nascendo auguria, & denunciat otia terris.

DELPHI-
 NI NA-
 TALIA

Dum sua Nympha domus celebrat jam gaudia;
 dumque

Magnanimum ingeminat Lodoicum, pace sub alta
 Regnantem, populis & dantem jura quietis;
 Ruris opes reliquas, sperandaque dona colono
 Persequar, & pomis foelices mitibus hortos.



MOR-



HORTORUM

LIBER QUARTUS.

POMARIUM.



Ec te, quæ virides regnas tam læta per
 hortos,
 Non dicam, Pomona: tuis hic omnia
 quando
 Muneribus sunt plena, tuoque assurgit honori
 Autumnus, viridi præcinctus tempora ramo.
 Quæ tibi pars etiam nostri spectanda laboris,
 Lamonide, postquam præfertim, te duce, cœptum
 Crevit opus, pelagoque dedit sua vela patenti.
 Et quamquam vultu leges Astræa severo
 Imponat per te populis, luxumque refrænet:
 Te tamen & ruris dantem præcepta colendi
 Vidimus, & morem arboribus, legesque ferentem.
 Namque omnes cultus species, genera omnia fœtu
 Arborei prostant per te descripta colonis.

Munere pro tali, sic te tellure benigna
 Deinde tuus fortunet ager, sit divite fundo

Lux-

Luxuriosa tui curvent pomaria fructus,
 Læta Bavillæi rumpantur ut horrea ruris,
 Atque tuæ nunquam desit sua gratia villæ.

Quamvis non omnis tellus sit idonea plantis
 Omnibus, & certas leges, ac fœdera certis
 Præscribat natura locis, præscriptaque servet:
 Illis Franca tamen non est obnoxia tellus
 Legibus, eximiæ quæ fertilis ubere glebæ,
 Nil fructus non læta ferat, nil culta recuset.

Et quamquam multo generosos palmite colles
 Imprimis longo tollat Burgundia tractu,
 Quamquam pomiferis lætetur Neustria campis,
 Belfia fit farris opulenta, Vesuna metallis,
 Benharnus nemorosa, racemiferique Tricasses,
 Nutritor pecorum Biturix, Arvernus equorum:
 Est tamen omne solum Francæ telluris, alendis
 Hortorum arboribus, ruri que insigne colendo.
 Præsertim riguæ tellus vicina Turoni,
 Ver ubi perpetuum, semperque nitentia prata,
 Et quos lentus Arar, præceptisque Druentius agros
 Perluit, & pingui vallis rorata Garumnæ,
 Vosque Parisiæ ditissima prædia ruris.

Si tamen ipsa tuo tellus optanda patebit
 Arbitrio, glebæ fundus quærendus opimæ.
 Nam fuge triste solum, fulva quod languet arena,
 Necnon quæ pressos interiacet infima colles
 Conuallis, cui lenta palus exhalet inerti
 De fundo tetram crassa cum nube Mephitim,
 Unde gravem referant etiam sua poma saporem:
 Et fuge perpetuis campum qui flatur ab Austris.

Non eadem
 omnia in
 eodem agro
 recte pos-
 sunt. Vaz,
 l. c. 70.

Διαφέρει
 πρὸς τὴν
 τελείωσιν,
 χώρα τε χάρ-
 εας, καὶ ἀ-
 ἤρ' ἀεὶ ροῦ.

Theoph. l.
 2. περὶ φυ-
 τῶν.

Seris salve
 britaniam
 declarant
 loca ab infi-
 mis valli-
 bus libe-
 ra, & ne-

*bularum
noctibus
absoluta.
Pallad.
lib.1.rit.3.*

Optimus ille locus nobis, hæc optima fedes
Arborei fœtus, ubi cœli mitibus auris,
Declives campi terra pendente patebunt.

At licet apricum ad solem, ventosque tepentes
Vergat ager: non ille tamen removendus ab horto
Florifero; spatio sua sit divortia justo
Floribus, & pomis: sed ferri ingentia claustra
Clathrorum ordinibus dirimant pomaria longis,
Defendantque aditus, populo, pecorique cavendos.

Non jam, telluri qui sit delectus habendæ,
Hic repetam, moresque ipsos, habitusque locorum,
Plantandique modos, & tempora certa serendi:

*Τὰς ἑσπείρας
ἀνασομοδ-
ῶς. Herod*

Omnia jam populis vulgata. Quis ilicet omnem
Monstratum agricolis culturæ nesciat usum?

*Τὴν φύσιν
χρῆσαι πρὸς
τὴν γῆν
εἰδέναι. ὁ π
δύναται ἢ
γῆ φέρειν,
ὁ δ' ἔ.*

Si verò arboribus per se satis æquus alendis
Non sit ager: fossa terram proscinde patenti,
Ipsa prostructi quæ strata crepidine muri;
Et sterilem latè non impiger effode campum;
Proque solo exhausto meliorem suffice terram.
Hæc melior, graciles quæ fundo imitatur arenas,

*Xenop. in
Oeconom
Alius ager
ad vitem
appositus,
alius ad a-
livam rem.
Varr. 1. de
re rustic.
In omni
parte cul-
tura valet
oraculum*

Si tamen illius color est bonus, & bonus humor:
Campus alit nimias, si sit nimis humidus, herbas.
Quære prius terrâ fructus qui, quamque decebunt:
Vitibus an sit ager magis ingeniosus habendis,
An magis arboribus: nam per vim nulla coacti
Gratia ruris erit: ne ruri proinde colonus
Naturæ contra morem, ingeniumque coacto
Imperet, ut per se tellus tractata monebit.

Cum fuerit jam stratus ager, tellusque parata:
Imprimis ipsum, certo discrimine, campum,

Par-

Partiri, plantisque ratas describere sedes
 Mandabo: & postquam lecta de gente flagellum
 Optaris, decerpe manu, aut excinde securi
 Silvestrem raram, terræque immitte tepenti:
 Nec pigeat scrobibusque manus adhibere cavandis,
 Sternendoque solo. Te talem impendere curam,
 Arboribusque tuis primos imponere mores
 Proderit, & sectos, ipso de corpore matrum,
 Arboreos fosso ramos deponere campo.
 Nec fuit indignum quondam, dum prima vigeret
 Perfarum fortuna, alto de sanguine magni
 Astyagis Regem campos coluisse superbum.
 Sæpe illum patrios flores & poma, per hortos
 Plantantem, manibusque suis plantata rigantem
 Attonitus vidit mons vertice Tmolus ab alto,
 Mæoniis unus late qui præsidet arvis;
 Et Regem agricolam longe miratus Orontes.
 Hanc etiam, ut perhibent, sese exercebat ad artem,
 Cum domito Fabius Dictator ab hoste redibat,
 Non veritus, medio dederat qui jura Senatu,
 Ferre idem arboribusque suis terræque colendæ,
 Victricesque manus ruri præstare ferendo.
 Ipsa triumphales tellus experta colonos,
 Atque ducum manibus quondam versata suorum,
 Majores fructus, majora arbuta ferebat.
 Talis fœdifragum postquam Masinissa Syphacem
 Et Numidam infidum Pœnis fregisset in arvis,
 Imperiis terram ipse suis parere docebat,
 Atque suo cultu Maurum mansuescere coelum.

Tu quoque regnando, curas dum dividis orbi,

*illud, quid
 quæq; re-
 gio patia-
 tur. Plin. l.
 18. c. 18.*

*Γινώσκειν
 εἰς ποίαν
 γλῶσσοιν
 φυτὸν τε καὶ
 σπέρμα καὶ
 ἔσλητέον.*

Plat. in Th.

*Εθαύμαζεν
 αὐτὸν ὁ λυ-*

σανδρῶν,

ὡς καλὰ

ῥῆμ' ἔειπεν-

δρα εἴη δι'

ἴσου πεφυ-

τευμένα.

Xenoph.

de Cyro in

Oecon.

Ἰσφοῦν

tunc Impere-

ratorum

manibus

colebantur

agri, ut fas

est credere,

terra gau-

dente vo-

mere lau-

reato, &

triumphali

aratore

Cic. in

Cat.

Nonnunquam folio, ut perhibent, descendis ab alto,
 Et quas imperii, quas rerum tendis habenas,
 Rure tuo, magne interdum LODOICE, remittis.
 Nam fangermani seu te acceperere recessus,
 Seu fors Versalii, sive alta palatia fontis
 Bellaquei: per te curando incumbere fundo
 Non dubitas: circum famuli stant ordine longo,
 Centum qui pomis, centum qui floribus hortos
 Conferere ingentes, & aquas deducere certent:
 Artificumque vices varias, operumque laborem
 Per medios instans operi partiris; ut agrum
 Omnia sint, paribus numeris, dimensa per omnem.
 Læta super, niveisque volans Pax aurea bigis,
 Prætendit populis ramum frondentis olivæ.
 Et quamquam externas longe tibi gloria lauros
 Ostendat, lauros alias, per patria rura
 Ipse feris, quas victor ames meruisse coronas.
 Interea omnis humus placidi te ruris amantem
 Gratatur, tantoque solum cultore superbum
 Plus viget, atque suo se lætum indulget amanti.

Sed quid ego hæc autem? non hortatoribus istis
 Tempus eget, quando laus est nunc ista potentum,
 Hortorum arboribus sese oblectare colendis.

Tu quoque, tu talem non aspernabere curam,
 Si te ruris amor, sperandaque gaudia villæ,
 Atque fruenda suo te partu poma tenebunt.

Omnem autem impendas operam, nullumq; laborē
 Arboribus, nullos cultus præstare recuses.

Nam neque te tantum tellus, nec sidera tantum
 Telluri per se conspiratura juvabunt:

Οτι γῆ δὲ
 πείσεται,
 δὲ πείσει.
 Xenop. in
 Oeconom

Quan-

Quantum ipse affiduus cultus, præstandaque jugis
 Cultura arboribus. Cultu mollite frequenti
 Tellurem agricolæ, tellus mansuescit arando.
 Si quid peccabunt soles, cælique maligni
 Cruda intemperies, si venti imbresque nocebunt:
 Has cultura vices supplebit, & ipsa coloni
 Sedulitas. Testis Marforum è gente vetusta
 Rusticus: is tenuem coleret dum sedulus hortum,
 Vicinos inter, cum cætera rura vacarent,
 Unus abundabat pomis, unius in horto
 Rumpebant ramos fructus, segetesque nitebant.
 Hæc digna invidiæ visa est fortuna ferendæ.
 Thessalicas hortum cultor curare per artes,
 Et per quæsitæ Marfis in montibus herbas
 Dicitur, ac magicis segetes urgere venenis.
 Res delata foro, causam sub iudice dicit
 Rusticus, ostendit nitidos cum falce ligones,
 Et solitos usu è longo splendescere rastros.
 Ecce meum crimen, dixit, mea noxa, Quirites,
 Splendida de cultu, jugique labore supellex,
 Hi magici cantus. Simul hæc, simul horrida tendens
 Brachia, monstrabat natam, cum matre Sabella,
 Duratasque operi, longoque à Sole rubentes.
 Et causam obtinuit laudata Quiritibus ipsis
 Sedulitas. Adeo jugis labor utilis arvis.
 Si tamen hortus opem, cultum si serra recuset,
 Mitte recusantem, perdat ne vota colonus,
 Nec culturam aliis pigeat traducere campis.
 Nunc vero, arboribus qui mos, quæ forma ferēdis,
 Dicendum, cœpti pars non postrema laboris.

Ἀπλῶς ἡ
 γεοργία με-
 δίτασιν ἐξή-
 ρημοῦσαι τὰ
 δένδρα, καὶ
 στίς καρ-
 πούς.
 Theoph.
 2. lib.
 Furius Cre-
 finus ex
 Plin. hist.
 nat. l. 18.
 c. 6.

PLANTA-
RIUM.

Sit locus imprimis omni secretus ab horto
 Spes ubi se generis late populosa propaget :
 Arboribusque seges per campum prima paretur ,
 Exultetque solo passim confusa juventus ,
 Qua poteris lapsæ gentis sarcire ruinas.

Δεί τὰ φυ-
 τὰ λαμβά-
 νειν ἐξ ὁμοί-
 ας γῆς , εἰς
 τὸ μέγαις
 φυτεύειν.

Ex acinis autem , nucleisque frequentibus , omnis
 Educenda tui soboles pulcherrima ruris.

Theoph.
 2. hist. c. 7.

Hinc indiscretam nullo discrimine prolem ,
 Horti per muros omnes , per & ipsa vireta

Ἀπαντᾷ ἐν
 τοῖς οἰκείοις
 τόποις καλ-

Suffice. Nam melior , qui primo affuevit ab ortu
 Terræ ipsi , seu terra suis credatur alumnis

αἰὶα γίνεσθαι ,
 καὶ μάλλον
 εὐθιγενεῖ.

Æquior , unde ipsi cognata alimenta capeffant ,
 Nec mutata suam dediscant semina matrem :

Id. lib. 4. c.
 10.

Seu quod opem promptam facilis vicinia præstet ,
 Sedibus & proles melius succedat avitis.

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Sed nati imprimis generosa è stirpe petendi ,
 Qui patrios referant animos , primumque vigorem.

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Hæc melior tibi planta , frequens cui nodus : at illam
 Rejice , quæ raras , ipso pro cortice , differt

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Per ramos , & longa per internodia , gemmas,
 Interea populo sedes statuenda futuro

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Ad solem. Sine sole tuis non poma venirent
 Arboribus , glebaque solum langueret inertì,

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Ille & ventorum tempestatumque supremus
 Arbiter , ingentem lustrat dum lumine mundum ,

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Cuncta fovet , succisque herbas vitalibus implet ,
 Et duodena suum dum temperat astra per orbem ,

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Terrarum , cælique vices moderatur , & anni.
 Multum adeo rutili precibus qui lumina Solis

Legendæ
 sunt plan-
 ta, in qui-
 bus modus
 frequens
 steriles sicut
 quæ oculos
 suas per lon-
 gæ invernò
 dia desce-
 lerant. Pal-
 lad. 1. 3.

Conciliet , placetque Deum , juvat arva : neque illum
 Ne-

Nequidquam cælo Phœbus spectabit ab alto.
 Magnum igitur tecum Solem, Solisque sororem.
 Cum qua supremi regnum partitur Olympi,
 Rite omnis precibus pubes observet agrestis.
 Ambo boni arboribus, placandum numen utrumq;
 Agricolis, Solemque suum, sua sidera spectent.
 Non tamen immodici Soles de vere vovendi,
 Ne quod restabit frigus, tua vota refutet:
 Et Solem, arboribus qui fors male faverit ipsis,
 Accuses, si poma suum properata venient
 Ante diem: flos ipse licet tibi germine læto
 Promittat fructus, flori ne fide caduco,
 Donec poma coquat maturis solibus ætas.
 Sæpe sibi mendax sperato pignore pomus
 Defuit, & vano decepit flore colonum.

Interdum extremi sub finem veris, ubi annus
 Intepuit, florentque omnes jam læta per hortos
 Poma, improvisis arborum deprehensa procellis
 Una nocte omnem longi spem perdidit anni;
 Immitesque magis regnant hoc tempore venti,
 Et turba Boreas immanuētissimus omni,
 Magnam hortis stragem dedit: arboribusq; ruinam.
 Idcirco primi dum florent munere veris
 Arborei fœtus; vobis, ô rustica pubes!
 Ipsæ auræ, & venti, tempestatæque piandæ
 Muneribus, placate sacris, placate coronis
 Noctibus æstivis horrentes frigore Lunas,
 Nubigenasque notos, & Sithonios Aquilones.

Sæpe nocent etiam numquã imprudentibus imbres
 Provisi agricolis: dubio si nubila cælo

Pendebunt , aut signa Iovis manifesta dabuntur
 Irati , clademque horto meditantis , & ipsis
 Arboribus , memor anteveni , & præfagia cæli
 Observa assiduus , signataque tempora fastis.

INSITA. At cum certa suis diversi mensibus anni
 Venerit insitio , & ramos includere truncis
 Tempus erit , sectisque oculos imponere libris :
 Si fuerint , ut erunt , tibi tardi poma saporis ,
 Tolle feros frutices , & mites elige fructus.
 Vos hinc præcipuam cultores quærite laudem
 Hortorum , vestris hunc addite rebus honorem :
 Externasque pyros , peregrinaque poma per hortum
 Accipiant patrii , fisco sub cortice , trunci.
 Hinc melior soboles , & opimi copia foetus.

Ipsa , quibus careas , præstet vicinia fructus ,
 Et quibus ipsa etiam vicinia forte carebit ,
 Quære vel extremo studiosus ab orbe petendos.
 Prima olim terris eduxit Achaja plantas
 Barbaricis , victrixque suos traduxit in hortos ,
 Quos etiam toties mutatis fructibus auxit ,
 Quando prisca suas implebat fabula partes.
 Hinc moro nova fata , novos fecere colores
 Pyramus , & Thisbe , magnam Babylonis ad urbem :
 Quos impermissi deluserat error amoris.
 Et deserta suo Rhodopeja Phyllis amanti ,
 Littore sub solo , fecit de funere plantam
 Infelix , patrioque increvit Amygdalus horto.
 Et vites Baccho primum , ficusque repertæ ,
 Et Cereri inventæ fruges , & oliva Minervæ.

Quid memorem , ut Tyberim victor Romanus ad
 altum

Sæ-

Sæpe triumphatos peregrino e litore fructus
 Attulerit : cerasos ipsa ut Cerasunte petitas
 Lucullus patriis primus plantarit in hortis :
 Ut sua mala urbi Medus , sua pruna Damascus ,
 Lydiaque , atque omni cum gente Ægyptus , & Indi ,
 Et Persæ , Carefque , securiferique Geloni ,
 Ac domitæ longo portarint agmine gentes .

Tum Iunonicæ primum sua rura Phalisci
 Grandibus implerunt , uno non ordine , pomis :
 Crustumiaque pyros Amiterna valle Sabini
 Plantarunt , magnumque olea vestire Taburnum
 Cœpere Aurunci agricolæ , Bacchoque frequenti :
 Miratusque novas Anio per litora plantas ,
 Atque suos omnis tum demum Oenotria tellus
 Undique fructiferas stirpes induxit in hortos ,
 Pingui læta solo , cæloque beata salubri .

Cum vero stirpes optaverit insitor omni
 E gente egregias , emendatique saporis ,
 Et vegetæ pubis jam robora lecta pararit ,
 Discat adoptivos truncis imponere ramos .
 Nec modus est simplex , nec res operosa colono ,
 Ligno infelici felicem includere ramum .
 Namque alii truncos per se capita alta ferentes
 Excindunt , ferroque cavant ; ceu robora quando
 Quadrifidasque fudes findit lignator , & altè
 Fit truncum in teretem cuneo via : deinde cacumen
 Felicis rami robur descendit in imum .

Verum alii medio qua se de cortice gemma
 Protrudit , tenuemque sinum , nodumque tumentem
 Exprimit , imponunt oculos , germenque receptum

Hoc genus pomis de Cerasunte primus Lucullus Romanam per tulit, unde de patria arbor nomen accepit. Plin. l. 15. c. 25. Idem Laurentius Convivator apud Athenæum. lib. 2.

Εναφθαλμισμὸς
 apud Theophr. l. 1.

Udo deinde docent paulatim inolescere libro.
 Excretusque aliis, tenuis ceu fistula, cortex,
 Sive teres ferro truncus terebratus acuto,
 Sive arbos scuti in morem diffusa rotundi,
 Accipit immixtas, solido sub stipite, plantas.
 Sedulus interea conjuncta stirpe putator
 Obligat incisum sparto septemplex ramum,
 Aut pice perfundit truncum, cerave liquenti:
 Ne pateant rimæ cæli non mitibus auris,
 Atque intercluso via dividat aëre succum:
 Et sua deinde neget jam plantæ alimenta receptæ.

Tum si rite omnis res cesserit, ipsaque constet
 Per sese infitio, si ramum ramus adoptet:

Connubio è tali, fuerat quæ moribus arbos
 Ante feris silvestrem animum deponet, & ipsam

Dediscet matrem, succos oblita priores.

Duraque tum cornus, flavensque cydonia pomis

Curvabit ramos bicoloribus, ipsaque tristes

Passim pruna ferent invito caudice spini.

Inque alio cerasus florebit adultera trunco,

Et versa melior lætabitur arbore tellus.

Interdumque arbos ramis diversa, sub uno

Stipite poma feret partu spectanda biformi.

Nunc quibus expediat varios confundere fructus

Fœderibus, quales ramis jungere ramos,

Quæ quibus hospitium præstent virgulta, monebo.

Omne genus pomi bene fulva cydonia truncis

Suscipit, atque suo pingit suscepta colore:

Nec fugit ipsa suum pomo miscere saporem

Cana pyrus, fruticique genus præstare saligno.

Αὐτὰρ μὲν
 ἐν τοῖς χυ-
 λοῖς αἱ με-
 ταβολαί.
 Theoph.
 l. 2.

Ἐκεντρίξε-
 ται μῆλον
 εἰς κυδαί-
 νια καὶ γίνε-
 ται καὶ τῶν

Mu-

Mutua quin etiam cum moro fœdera ficus
 Servabit, tetrum si temperet illa colorem.
 Lauro etiam inferitur cerasus, partuque coacto
 Fundit adoptivum per virginis ora ruborem.
 Ipsaque confusos cum pomis poma sapes
 Miscebunt, prunusque pyrum gestabit agrestis,
 Palladii si dicta fidem meruere magistri.
 Omnia quæ patrios, per longa exempla, colonos
 Ars melius docet, & posthac majora docebit.

Inferit in salices pomos Arvernus: at illæ,
 Quamquam poma bonū ostendunt speciosa colorē,
 Degenerant, tristemque ferunt, de fœdere, tali
 Pelle sub eximia, & vultu mendace, saporem.
 At nunc quæ variis cæli natura, solive
 Conveniat per se plantis, noceatve, cavendum.
 Humentis campo pomus, cæloque tepenti
 Gaudet: eam si per colles & saxa reponas,
 Vix poterit fructus vitium excusare caduci,
 Ipsa genus terræ crudum durare valebit
 Ficus, Hyperboreo si terga obverterit axi,
 Sed feret argutum gracili de rure saporem.
 Plantatæ si forte pyro non largior aura
 Defuerit, cæloque tepor contingat aperto,
 Humentique solo tantisper planta juvetur,
 Flores implebunt ramos, fructusque tumbent.
 Cunctatrix autem siccam super omnia terram
 Morus amat, moro jugis nocet humor, & ipsum
 Corruptis pomi tellus nimis uda saporem.

Sed passim cerasus lætam è radicibus imis
 Pullulat in prolem, ceu quando Oenotria tellus

κυδανίων
 κάλλιπον.
 Diophan-
 tis ex
 γεωσ. lib.
 x. cap. 10.
 Χαίρει μά-
 λιστα τῶν γ
 κεντρισμῶ
 κρεσσια, κῆ
 εἰ καλόν, εἰ-
 δὲ γλυκύν
 δώσει τῆ
 καρπὸν εἰς
 μὴ εἴκεν-
 τρι. οἴη.
 Florent.
 γεωπον. x.
 c. 41.
 Amant po-
 ma pingue
 & lætum
 solum cui
 humorem
 natura sup-
 pediet.
 Pal. l. 3.
 Si pyra læ-
 cis tepidis
 & solo ju-
 ventis ir-
 rigo, flo-
 rem pluri-
 mum pro-
 ferent, &
 magnitu-
 dinem po-
 mi turget.

*res acqui-
rent. Pal.
lib. 3.*

Crescentem ostendit sobolem fruticantis olivæ
Terram optat mitem citrus, austeramque cydonis:

*Humor as-
fiduus mo-
ris prodesse
non credi-
tur.*

Perficam arena juvat, si perluat humor arenam:
Armenix tellus urens non æqua ferendæ est.

Pal. lib. 3.

Quique favent Baccho colles, sunt sæpe maligni
Et peponi, & citro, quæ gaudent mitibus auris.

Argillam perhibent ceraso, viti que nocentem.

Est etiam rhamno tophus, fragisque sinister:

At si telluri mandentur fraga subactæ,

Et fulco ex humili cælo exponantur aprico,

Implebunt teretes succo magis ubere baccas.

*Præni loco
lato, & hu-
mido: cælo-
que tepido
melius pro-
feruntur.*

Quando prunus erit fundum sortita tepentem,

Ipsa sui pomis replebit vota coloni.

Si tamen aut prunus campis, aut languida pomus

Arbor erit, fusa præter foveatur amurca.

Pal. lib. 12

Nec non proscisso, qui sæpius æquore campum

Ipsis subjectum arboribus, circumque jacentem

Suscitet, & rastro vertat, ferroque bidenti;

Majores plantis animos, & fructibus addat.

Salsus ager plantis, & qui perhibetur amarus,

Omnibus infelix: non illum cultus avari

Agricolæ, non longæ hyemes, gelidæque pruinx,

Non auræ emendant ventis, pluvixque frequentes,

Nec genus ille suum pomis, nec servat honorem.

Omnia degenerant naturam oblita priorem.

Verum ubi fructiferis sedem delegeris æquam

Arboribus, varias plantandi discere formas

Incipe: nam varia pro conditione locorum

Sunt variæ species. Alios, quibus arva patebunt

Apricum ad Solem, mitis sub sidere cæli,

V A R I E
F O R M E
A R B O -
R U M P O -
M I F E R A -
R U M .

Pro-

Proceris campum arboribus plantare jubebo,
 Pumila per dumos aliis arbuta placebunt,
 Trunco humili, ramoque brevi, cinctuq; rotundo,
 Dum muros alii late digesta per omnes
 Componunt virgulta, suis retinenda catenis:
 Quæ ceu per tonfas alii longo ordine sepes,
 Confertis in se ramis, distendere norunt.
 Omnibus his decor est ruri quærendus & horto
 Conciliandus honos, quem tot diversa decebunt.
 Ante tamen, quæ per patrios sunt scripta colonos
 His super, observes. Mori nam multa vetusto,
 Artibus ut pollens istis, hæc addidit ætas,
 Culturæ formam longe superavit avitæ.

Tu campo teneros fructus ne crede patenti,
 Quales sunt ipsæ ficus, à sole coquendæ
 Æstivo: cælo sed liberiore fruuntur
 Grandia poma, nuces, pruni, cerasique, pyrique,
 Quæque omnes fragilis durabit amygdalus auras.
 Fructibus & justum si conciliare saporem,
 Atque boni ingenium succi, moresque benignos
 Forte velis, illos cælo propone patenti.
 Namque tibi fructus meliores proferet arbos,
 Quæ plenum ad Solem, luci se pandit apricæ.
 Seu quod, qui fructus cælo nascuntur aperto,
 Plus opis accipiant pleni de lumine Solis:
 Sive quod ingenti trunco procerior arbor,
 Longe plus ipsa petit à tellure vigoris,
 Unde etiam proli plus succi ducat alendæ:
 Seu quod, de media cæli regione sereni,
 Purior arboribus summis afflabitur aër.

PROCE-
 RÆ AR-
 BORES.
 PUMILA
 MURO
 APPLICI-
 TÆ.
 CONSER-
 TÆ RA-
 MIS.

Er-

Ergo rite omnes primum sunt poma per hortos
Solibus exponenda, quibus percocta saporem
Accipiant, atque æstati duranda ferendæ.

Είδέναι τὰ
ποῖα συν-
φέρει καθά-
λαπειν, καὶ
τὰ ποῖα ἀ-
φαιρεῖν, καὶ
ὡς ποῖς ἐ-
τέροις καὶ
ποῖς, καὶ
ὡς τῶν ὀ-
λῶ φύσιν.
Theoph.
l. 3.

Ut verò prolem teneram tueare benignis
Indulgens studiis, majoraque corpora formes,
Stringe manu frondes nimias, & decute ferro
Luxuriam nimiam: nec matrem ramus opacet
Ipse suam, nec onus ramo, quod ferre recuset,
Imponas. Foetus præsertim tolle caducos,
Donec prolem aliam, propria jam mole valentem
Videris, atque suo meditantem vivere succo.
Sic poteris magnos pomorum educere foetus.
Sed matri blandire, bona quam prolis ademptæ
Frustratam de parte, tuo solabere cultu.

περὶ φυτῶν
FRUCTUS
PRÆCO-
CES.

Ipsæ suburbanos memini vidisse per hortos
Cultores quosdam, qui festinata frequenti
Poma fimo urgerent properato crescere partu:
Monstrarentque novos alieno tempore fructus.

Ne pueri, ne talem hortis inducite morem,
Hi fructus perimunt plantas, uruntque ferentes.
Ipsa importuno virgulta peresa veterno,
Ante diem tristis senserunt damna senectæ.
Sed permittite, suo veniant in tempore fructus.
Ne vero immiti, pendent dum poma, colonus
Vellat acerba manu: duro ne lædat abortu
Matrem ipsam, stomachumq; gravet, ni mitia carpat.

ARBORES
MURO
APPLICI-
TÆ.

At si magna sui teneat te cura coloris
Fructibus addendi, muro prætende propinquo
Pomiferam longo ramorum ex ordine gentem;
Cui, medium rapidus cum Sol transcendit axem,

Im-

Immineat : primumque reflexo ardore calorem
 Augeat , & iusti pingant tua poma colores.
 Si murum fuerint pulchre digesta per omnem.
 Ipsum namque auget , rejecto Sole , calorem
 Murus , & avertit rigidi mala verbera venti.

Quo nunc deinde modo Solis captanda reflexi
 Gratia , fructus uti sit pictior , inde monendum ,
 Atque ars augendi ad murum monstranda caloris.
 Principio paries ducendus tramite longo ,
 Obversus Solem ad medium : nam Sole petenda est
 A medio , iusti potius mensura caloris ,
 Et murum vivæ prætextu perline calcis :
 Calx omni solem melius de parte reflectit
 Lævis , & ingenitos exurit torrida vermes ,
 Stragem olim arboribus magnam , exitiumq; daturos.

Tum ferri ad murum series præfigitur unci ,
 Cui contos late intendunt , cratesve salignas ,
 Virgeus unde omnis ramorum pendeat ordo.
 Vimineis autem ramos divinciat hamis
 Villicus , & murum componat rite per omnem.
 Ast illos alii melius per tortile ferrum
 Parietibus tendunt longis , nodoque coercent.
 Ipsum ultro rigidis lenti per tempus habenis
 Parebunt rami : primis si forte sub annis
 Ire doces sub vincla , suas ut discere partes
 A teneris sensim incipiant , longoque subacti
 Obsequio , toti assuescant insistere muro.
 Nam quæ obduruerint longos virgulta per annos ,
 Tendere parietibus studio tentabis inani.

Ergo se partes ut ramus liber in omnes

Fle-

Flectat, & imperium facilis promptusque sequatur :
 Assuescat sensim obsequio, dum mollior ætas
 Id finit, & dociles veniunt ad vincula virgæ.
 Omnem igitur generis murum plantare sub ipsum
 Arborei sobolem primis hortabor ab annis,
 Paulatim per se vinclis parere docendam.
 Vimque adeo remove arboribus, quæ mitibus ultro
 Imperiis dedunt sese, parentque volentes.

Ipsa etiam ramos non dedecere fluentes
 Vincula, si murum justus quadret ordo per omnem.
 Fœmina vittatos ceu cum sub vincla capillos
 Ire jubet, crinemque rata sub lege reponit,
 Dum parat ire foras, & se præbere videndam,
 Crinem vincla decent, pars est bona laudis in illis.
 Sic bene digestis, ipso pro pariete, ramis,
 Quantumvis arbos fuerit captiva, decebit.
 Si nihil emineant rasis hastilia virgis,
 Et murum viridis prætextus vestiati omnem.

Hæcque decens series pictos imitata tapetas,
 Murum omnẽ, campumq; suo commendat honore:
 Præsertim certos quando variare colores
 Incepere, suo varii pro tempore, fructus.
 Tum vero vigili quæ non speranda colono
 Gaudia, pomiferi cum per divortia muri
 Livebunt ficus, & Persica mala rubebunt.
 Curvabuntque graves late pomaria ramos?
 Nam quando æstivus pomis bicoloribus annus
 Pingitur, omnis opes per sese opulenta beatas
 Ad murum lætis sub frondibus explicat arbos.
 Tum juvat & fructus, & munera divitis horti,

Et

Et villam lustrare omnem, juvat arva videre,
 Mirari pictos, per ramea texta, colores,
 Et tempestivos ipsis decerpere fructus
 Arboribus, plenosque domum portare canistros.
 Sive autem explores, tua dum pomaria lustras,
 Quæ sint poma bonæ stirpis censenda, quod ipsis
 Ingenium arboribus, plantæ qui cultus alendæ,
 Quando exultatis reprimenda licentia rami,
 Quæ sit adoptandis plus commoda fructibus arbos,
 Rure tuo superabis opes, fastusque potentum.
 Nec jam te fœda ambitio, urbanique tumultus,
 Non favor instabilis vulgi, non gratia regum,
 Non spes vanæ animi, nec inania vota movebunt.

Απὸ τῆς
 καὶ ἀγροῖς
 ὁ πάσης τῆς
 τῶν ἀλλων
 ἀκροδούων
 καὶ ἀνάλο-
 γον τῆς κλή-
 σεως ἐν τα-
 λαροῖς πλῆ-
 ρεσι κομισ-
 ζεν. Philo
 lib. 1 περὶ
 φιλιανθροπ

O fortunati quos afficit illa voluptas!

Nam seu crescentes spectent ex ordine plantas,
 Sive laborantes pomorum pondere ramos
 Sustineant, contoque levent virgulta bicorni.
 Sive peregrinis ponant nova nomina pomis,
 Seu gustu exquirant, cujus sint quæque saporis
 Pruna, vel exportent mensis epulanda secundis;
 Quæ non, quam læta formabunt gaudia mente!

Tuque adeo, pulchri ducit quem gratia fructus,
 Arboribus dispone suas, pro pariete, sedes:
 Diverſaque memor quamque in statione reponē:
 Cum cerasis cerasos, cum ficibus infere ficus,
 Cruſtumiam, Syriamq; pyrum conjunge Btitannæ;
 Nec viridi pomo, prunum confunde rubentem.
 Gens omnis cognata solo jungatur eodem.
 Omnes par cultus, par & fortuna manebit:
 Omnibus & sedes amplas curabis alumnis,

Ad murum ; strictis si non urgebere rebus ,
 Ne , locus his esset si non satis omnibus æquus ,
 Pabula deficerent , & succum terra negaret.

Sed non fructiferis quantum natura , genusque
 Sit varium arboribus , faciès quam multa , quibusve
 Cultorum patrios ars fructibus auxerit hortos ,
 Dicere me , species que omnes evoluere fando
 Attinet , aut longo properantem errore teneri.

Nam quid ego ipsa olim missas à Perside pomos
 Quive sapor fructus , quæ purpura mixta colori ,
 Commemorem , cujus pars ipsis ossibus hæret ,
 Carne magis spissa , pars rarior ossibus ultro
 Exuitur , riguoque tumet bene rorida succo :
 Pars carne exili , faciemque simillima pruno ,
 Distendit nulla sparsam lanugine pellem.

Nec species , formasque omnes , aut nomina dicam
 Pomorum , seu quæ de montibus Armenus olim
 Attulit ipse suis , nativo picta rubore :
 Seu quæ de grandi ligno plantabat in hortis
 Alcinous , dulci seu quæ Tiburtia succo
 Cedunt Picenis. Quid mala Cydonia jactem ,

Et quæde nullo plus commendantur odore ?
 Nec bene vos primis cerasa acceptissima mensis
 Nec vos divino spumantes nectare ficus
 Transierim , quibus eximii pro munere gustus
 Major venit honos , quam vobis mitia poma.

Sed numquam plus ipsa sibi natura , suoque
 Indulsit genio , quam cum tot deinde figuras
 Impressit brevibusque pyris , gravibusque volemis ,
 Et tam diversi fecit discrimina succi.

Pars

V A R I Æ
 S P E C I E S
 F R U C -
 T U U M .

Pomis quæ
 barbara

Persis misse
 rat , ut fa-
 ma est , pa-
 triis arma-
 ta venenis.

Colum. in
 carm. de re
 hortenfi.

Σκλήρ' ἄπο
 περσειῆς
 κάρυα.

Nican. in
 Alex.

Τὰ κεράσια
 δίσόμαχα,
 δόχυλα, ὀ-
 λιγοτρόφα.

Athe. lib. 2

Συκῆ ἤγε·
 μὲν τ' κα-
 τὰρίε βίον
 τοῖς ἀνθρώ-
 ποις ἐγένετο

Athe. lib. 3

Pars vino proprior, rores generosa Falernos
 Exprimit ad gustum, pars altera mitior ori est,
 Rore suo multi vires imitata benigni:
 Pars collo stolidè obliquo, absurdeque tumentì,
 Crescit in oblongum, non uno tubere, ventrem.
 Ipse etiam prunis suus est honor, & suus uvis
 Præsertim adverso jungit quas pertica muro.
 Et quæ purpureæ vites, Apianaque vina
 Rite suas obeunt, ipso pro pariete, partes.
 Forte etiam peponis blandum fragrantis odorem,
 Et quas prædulci succo natura rubentes
 Implevit costas, semperque rubentia fraga,
 Ni nimis urgeret res jam properanda, referrem.

Muro intendendæ cum dant præcepta coloni
 Arboris, aut palmæ mandant, fundatur apertæ
 In morem, passis uno non stipite ramis,
 Aut spinæ in speciem ductæ de tergo piscis,
 Cui spissi trunco rami fruticentur ab uno.
 Mos ut uterque bonis jam magnum autoribus usum
 Obtinuit, te neutrum hortis adhibere vetabo.

Te tamen arboribus momentum grande putandis,
 Et moneo, & creber repetens, repetensq; monebo.
 Ipse potes, quos tu porro in quamcumque vocaris,
 Per ferrum, faciles ibunt, docilesque figuram.
 Arboreum ferro genus omne colonus adunco
 Informet ramum attondens, fingatque putando,
 Cum nondum ramis venit jam fortibus ætas.
 At cum cæsa suo de vulnere pullulet arbos,
 Spemque novæ faciat virgæ percepta cicatrix:
 Ne dubita ferro durum exercere frequenti

*Pruna lau-
 datiora ce-
 rea, acque
 purpurea.
 Plin. l. 15.
 c. 13.*

*Duæ spēs
 CIES AP-
 PLICAN-
 DÆ AD MI-
 RUM AR-
 BORIS.*

*Πρώτον μὲν
 καὶ μέγιστον
 εἶναι ἢ κλο-
 σίς. Theo-
 ph. l. 3.
 περὶ φυτῶν
 Σχηματίζε-
 ται τὸ φυτὸν
 ἐφ' ἄπειλον
 ἐν. Leon-
 tini l. x.
 γων.*

Φυλλομο-
νια. ΕΧ
Theoph. l.
8. hist. c. 7.

Imperium: arboribus facies formanda, putando est.
Utque omnis primis ætas est sæpe sub annis
Foetibus imprudens, atque inconsulta ferendo:
Has teneræ partes per se juvet ipse putator

Τὰ δὲ ὑπὸ
πλευραζού
σης τρυφῆς
κεχυμένα
τομαῖς
ἐδέξαν.

Phil. l. de
agricult.

Arboris, & ferro ramos compescat inanes.
Ipsaque sub vestras veniat lascivia leges,
O famuli, prima luxum emendate juvena,
Et ramos tondete, nocet clementia ramis.
Tu per sollertes prudens exquire magistros.
Parcendum semper primoribus, unde futuri
Spes foetus tibi certa, atque expectanda propago.
His autem studiis si fors respondeat annus,
Protinus aspicias pomosos crescere foetus
Per murum, & pulchro dives lætabere fructu.
Nam neque plus molis, neque plus habitura coloris
Poma putes, quam quæ soli percocta reflexo,
Ostendunt longo digestos ordine textus.
Et cultu è tali, poterit qui plurimus esse
Fructus, erit. Tu morem alium ne quære doceri.
Et licet hanc artem per sese deinde repertam
Ætas nostra ferat, fructusque calore coquendos
Monstrarit, per vim solis vi parietis auctam:
Hanc tamen antiquis obscurus rumor ab annis
Deducit, magnoque valens pro teste vetustas.

Antiqui-
tas nihil
prius mira-
ta est, quã
hortos al-
cinói. Plin.
lib. 19. c. 4.

Consuetum
autem nunt

Et si vera fides, longo quæ venit ab ævo,
Alcinous Rex idem hominum, cultorque peritus
Hortorum, talem primus Phæacibus oris
Dicitur arboreos foetus coluisse per artem.
Illius immenso cum rumperet horrea fructu
Autumnus, foetuque hortum felice bearet,

Con-

Contigit, ut verni cum spes se proderet anni,
 Stridentem nigro spirans de turbine brumam,
 Per noctem, Boreas omnem populaverit hortum.
 Si qua autem tanta forsân de clade superstes
 Arbor erat, læta per agros quæ fronde vireret:
 Fœtu inimaturo partus edebat acerbos
 Ante diem, cæli vitio, Solisque maligni;
 A ut æstu sitis immodicæ languebat iniquo.
 Quin etiam, cælo illustri, de nube serena,
 Non semel auditi, sudum per inane, fragores:
 Sed tamen istius pars maxima cladis ad hortos
 Pertinuit, sævis pomaria perdita ventis.
 Rex autem attonitus monstris, vocat undique vates:
 Quid portenta velint, rogat & consulta requirit,
 Clade super tanta. Memorat pars multa repulso
 Et Zethum, & Calaim, qui sese Aquilone creatos
 Iactabant, dum regales peterent hymenæos.
 Spem dabat ambobus mater, non ipsa negabat
 Filia, sed neuter Regi, populoque placebat.
 Quod Boreas animo forte indignatus iniquo
 Per coniuratos molitus talia fratres:
 Dum vindicta omnem tum demum expleverit irâ.
 Pars Circen causatur, Atlantiademque Calypsum,
 Utamque infestam regi. Nam prima Calypso
 Se memorans indigne habitam Phæacibus ipsis,
 Pro Laertiade accepto, quem Nympha ferebat
 Esse suum, sese passuram impune negabat.
 Verum aliis suspectum odium, & vicinia Circes,
 Quæ poterat Lunæ ipsius confundere vultum
 Carminibus, purique auras corrumpere cæli.

Alcinoi pomum.

Tertull. de pallio. Describit Homerus Alcinoi hortos. Od. H.

At bonus Eurymedon, vates Phœbiq; sacerdos,
 Externas, inquit, cladis ne quærite causas:
 Nos ipsi fontes sumus: & simul alta repressit
 Ora silens, mœstusque: jubet rex ipse silentem
 Effari, quid deinde velit, quæ crimina pandat.
 Ille autem: non verba sibi jam multa requirit
 Ipsa rei gravitas, quando pejora timentur,
 Et locus est votis, crimen per vota piandum est.
 Namque graves magni exercent nos numinis iræ,
 Regia quod multi replerent horrea fructus,
 Ipse suæ Alcinous curæ tribuebat, & arti,
 Demens! qui divos non respiciebat agrestes,
 Nec Solem aurarum, tempestatumque potentem,
 Nec ventos, ipsumque Iovem placare solebat.
 Tum sese Alcinous cœpit sentire nocentem,
 Incusans durumque animum, fastusque superbos.

Itur ad Hesperidem, silva in Phæacide, nympham.
 Quæ responsa Deûm loco reddebat ab alto,
 Et vox per lucum non longe audita silentem.
 Ite, Iovi magno bissex mactate juvencos,
 Et totidem Soli, numen violastis utrumque:
 Proveniunt omnes utriusque à numine fructus.
 Ibant, & Soli tauros, magnoque tonanti
 Mactabant: quæ sacra pater facienda quotannis
 Imperat Eurymedon, servanda nepotibus ipsis.

Interea murum pomaria plantat ad altum
 Alcinous, contra Boream, ventosque nocentes,
 De nymphæ ipsius monitu, captatque reflexi
 Vim Solis, si non æquos daret ille calores.
 Hinc mos plantandi natus, pro pariete, fructus,

Quem

Quem licet Hesperiiis ætas aboleverit oris,
 Illum Neustriacus, fero post tempore, pastor
 Restituit, docuitque suos, quod Neustria iusti
 Solis egens, per se non fructibus apta coquendis
 Esse queat, ni Solis opem petat ipsa reflexi.
 Inde Parisiacum mosis deductus in agrum:
 Per totum cœpit late increpescere regnum,
 Atque omnes demum se commendare per hortos.

Quique meos audis monitus, hac parte decorem
 Ruri quære tuo: nec te protendere murum
 Pœniteat, viridis quem vestiat ordine longo
 Textus, & assiduo insistens ne parce labori.
 Et dum fructiferam lustras per singula pubem,
 Pomososque fatus, & frondea texta pererras;
 Si quis luxus erit, si quæ petulantia ramis,
 Falce seca, lignique animos compefce protervi.
 Utilis est horto domini manus, utilis ipfis
 Arboribus: qui, si muro non hæreat arbor,
 Aut resoluta suo laxet se pergula versu:
 Ipse recomponit ramos, & vincla renodat:
 Comptus ut egregio se proferat ordine textus.
 Frondibus ipse etiam erucas, bruchosque voraces
 Decutit: & mensis quos destinet ipse secundis
 Prægustat fructus, carpendaque tempore certo
 Poma notat, laudatque suo dotata colore:
 Sed male formosi culpat mendacia fructus.

Si sit cultus ager, quid culto accedere possit,
 Quæ quibus est meritis arbor spectata, parentem
 Quæ faciat melior soboles, quæ cuique saporis
 Gratia sit, quos ipsa sibi pomaria mores

Τὸν ἀγρὸν
 ἀμείνω πο-
 τεῖ δεσπό-
 τε συνεχῆς
 περιουσία.
 cap. i. ib.
 2. γων.

Admittant, turbæ, primus designat agresti,
 Atque suam partes curam fert acer in omnes:
 Nec requies, quin aut multo se germine ramus
 Induat, aut fructu felix exuberet annus.
 Et procul hinc absint lenti mollesque ministri:
 Quisquis adest operi, plusquam pro parte labore.
 Nam plantis suus est labor impendendus, & acri
 Urgenda est studio tellus, cultuque domanda.

Καὶ ἡ κό- Nec te putri etiam cunctantem incendere terram

πρὸς ὅ μὲ Sæpe fimo pudeat: putri nam fota tepore

γαλαβον Terra parit læto plures ex ubere foetus:

θεὶ τὰ δίστα- Nec gravibus pigeat glebas invertere rastris,

θερμαίνεν Atque novo versas interdum ostendere soli.

καὶ συμ- His autem studiis si non respondeat annus,

πέπλεν. Vestrum crimen erit, venti! namq; omnibus omnis

Theoph. Est semper per se tellus obnoxia ventis,

lib. 3. de Et cælo paret, cæli ceu for te supremi

caus. plant. Audiat imperium. Vos proinde ignoscite venti

Arboribus, veniet tali pro munere merces;

De pomis vestro pars evitata furori,

Solemni ritu sacras pendebit ad aras.

ARBOR- Mille autem plantis sunt morbi, incommoda mille,

RUM MOR- Mille hostes, tantis prudens defende periclis

BI. Immeritas: cæli vitio venit atra maligni

infestan- Sæpe lues, primi quæ spes interficit anni.

tur arbores Is porro arboribus cælo si morbus iniquo

morbis: Ingruerit, gentemque lues pervaserit ægram:

quid enim Implorent superos, infestaque sidera placent

gentium Cultores: alius contra labor omnis inanis.

carec his Vobis in superos, nil præter vota, relictum est.

malis? Plin

l. i. c. 24.

Νοσήματα

δὲ γίνονται

Si morbo gravis arbor erit , vel seignior annis ,
 Illam tolle loco : facilis jactura vetustæ
 Arboris : audaci pollens nitidusque juvena ,
 Uberiore tibi foetu lætabitur heres :
 Et vacuo longe melior dominabitur arvo.
 Tuque graves annos plantarum , animosque notabis
 Aspectu ex ipso , si cortice ligna patebunt
 Hiscenti , si per ramos languentibus arbor
 Pallebit foliis , dum cætera turba virebit ,
 Pallenti nimiam falx sedula deputet umbram.

Sæpe etiam informis scabro sub cortice cancer ,
 Aut urens muscus concrevit , & horrida late
 Ceu scabies truncum crudeli tabe peredit.
 Tu labem hanc ferro immitis compesce , priusquam
 Ad vivum perfidat , & arboris intima carpat ,
 Ac totam macie gentem deformet iniqua.

Quod si languebunt exhaustæ ad munia vires ,
 Absumptusq; vigor , sterilem circumfode campum ,
 Et terram suis immundæ , raucæve palumbis
 Sparge fimo , terræque fimum confunde regeftæ.
 Nec mihi displiceat , scrobibus qui sicca sub altis
 Aut folia , aut lentam filicem , filiquasque fabales ,
 Injiciat , mixtasve fimo , limoque myricas ,
 Aut cinerem immundum , late agrum effundat in
 omnem

Omnibus his non ille parum rus segne juvabit.
 Ne tamen ipsa tibi plus ubere fertilis æquo ,
 Ne fit humus : nam justa aliis ut pabula defunt
 Arboribus , campo è sterili ; sic sæpe nocebit
 Plantis pingue solum , nimii quod copia succi

πᾶσι θεῖς
 σπέρμασι,
 Δι' ἑ τὴν ἀ-
 συμμετρί-
 αν τῆς τρο-
 φῆς τε, καὶ
 ἀδείχουτος
 αἴετος.

Theoph.
 16. lib. 4.
 de causis
 plant. c. 27

Ταῖς δὲ ἡ-
 μέραις ἐστὶ
 πλείω νο-
 σήματα.
 Theoph.
 lib. 4. c. 16.

Δένδρα
 πλείονα
 καρπὸν οἴ-
 σαι, ἐὰν ρί-
 ζας περισε-
 ρῶν κόπρω
 περιχρίσηται
 Afric. IX.

γλωσ.
 Χοιρίαν κά-
 προν περι-
 χέων ταῖς
 ρίζαις.
 Anatolii
 γλωσ. lib.
 10. cap. 150.

Planta tenera injuria impatiens, quæ plerumque nimio labore & uberiore consumitur peritque si modum non adhibeas, sua facunditate. Colum. lib. 4. c. 3.

Obruat injusta molles ulige plantas.
 Quam vero sit pinguis humus moderanda per artē,
 Quo cultu sterilis, quo sollicitanda labore,
 Si nescis, celebris tu percontare colonos.
 At super effusos ruptis de nubibus imbres,
 Et quæ sæpe suas partes agit horrida grando,
 Mille etiam teneris illudunt undique pestes
 Arboribus, culices, bruchi, fucique sonantes,
 Quæque solent plexis ramos involvere telis,
 Eruçæ, & tortæ spiris, testaque volutæ
 Reptantes cochleæ, meropesque, aliæque volucres:
 Quarum sunt quædam, plusquam per rostra timēde
 Arboribus, tigres ideo de nomine dictæ,
 Quod contage mala silvam gens inficit omnem:
 Unde lues oritur nulli patienda colono.
 Dede neci pestem infestam, fumoque volanti,
 Arboreæ stirpi diros interfice vermes.
 Quid memorem muscas, quid pictos terga lacertos,
 Et quæ lucifugi fodere cubilia talpæ,
 Quique cavis mures veniunt ad furta latebris?
 Vos istas variis, vos demum avertite pestes
 Infidiis, hanc ipse viam sibi suggeret usus.
 Nam me præceptis jam parcere pluribus æquum est:
 Nec mihi cum rudibus res est peragenda colonis,
 Nec doceo priscos campi Laurentis agrestes.
 Utque omnes passim pollent hac arte coloni,
 Vix habet egregios ætas jam nostra, quod addat
 Hortorum ad cultus. Sed non describere villas
 Insignes, celebresque Hortos memorare canendo
 Iam vacuum est, patrii nec dicere ruris honores:

At

At loca & ipsa mihi ignoscent, dominiq; locorum.

Posthac fors & erit, si Franco opulencia ruri

Contingat, nostrisque accedat copia rebus,

Ut blandæ demum summo de munere pacis

Telluri melior veniat fortuna colendæ.

Nam totum nuper crudelia bella per orbem

Vidimus, & torvo Europam sub Marte frementem.

Morbosq; horribilemq; famem, febresq; malignas,

Atque cruentatos civili sanguine campos,

Aversosque deos omnes. Quis crimina fando

Explicit, everfamque fidem, temerataque jura,

Et populos Regum resperfos cæde suorum?

Damnaque nos istis etiam graviora manerent,

Ni de supremo concessus munere divûm

Ferret opem, fortique animo LODOVICUS, & armis,

Instaret lapsis porro succurrere rebus.

Qui postquam domitas utroque ab littore gentes

Addidit imperio, & Francam rem finibus auxit:

Ut mores pariterque bonos repararet, & artes,

Seclaque perverso jam redderet aurea mundo,

Legum omnes tibi, Lamonide, concessit habenas,

Teque foro rebus, pro se, præfecit agendis.

Quo duce cum nostros Astræa reviserit agros,

Ut fas est sperare tuis de moribus, utque

Ostendunt legum præclara exorsa tuarum:

Florebit terræ jam gloria prima colendæ,

Monstratæque novis per te cultoribus artes,

Ingenus arboreum, per patria rura vigebunt.

Hæc magni insistens vestigia sacra Maronis,

Re super Hortensi, Claro de monte canebam,

Lutetia in magna : quo tempore Francica tellus
Rege beata suo , rebusque superba secundis ,
Et sua per populos late dare jura volentes
Cœperat , & toti jam morem imponere mundo.

F I N I S .



AD-

A D M O N I T I O

A D L E C T O R E M .

D E V A R I A

F L O R U M P L A N T A R U M Q U E

C Æ T E R A R U M A P P E L L A T I O N E .

DE Florum, fruticum, plantarum-
 que cæterarum quæ continentur
 hoc carmine, juxta legitimaque
 nomenclatione, vel patrio sermone,
 vel Latino; non id mihi assumo in præsentia,
 ut rem decernam: cum nihil sit in tota disci-
 plinarum amplitudine, regnoque literarum u-
 niverso, de quo minus consensionis, & plus
 controversiæ sit inter scriptores. Id enim vel
 arroganter præjudicare, vel revocare ad ar-
 bitrium meum si velim, parum prudens sim:
 cum plurimæ plantæ sint, de quarum certa ap-
 pellatione non conveniat, etiam inter auctores
 præcipuos. Eo accedit, quod ipsi flores, &
 poma, diversis donentur appellationibus, pro
 vario populorum diversorum vel sermone, vel
 ingenio. Unde existit illa nominum confusio,
 quam

quam videmus in ea parte. Quod opino, locum dedit Democrito in geponicis, cur negaret fructus usitatis inter populares nominibus recte appellari posse per eos, qui scribunt de georgicis. Τα γεωργικὰ γράψαντες, ἢ ταῖς εἰδιωμέναις ἡμῶν ἀγεωργιαῖς ὀνομάζοισι σὺν καητοῖς. Cum enim plerique fructus donati sint appellationibus peregrinis, quæ Latine reddi commode non possunt: non existimo laborandum de singulis eorum speciebus nominatim, vel patrio, vel Latino sermone recensendis. Quod fieri minime potest sine audacia bene magna, quæ parum felix est interdum, & ut plurimum, per translaticias voces, obscuritati valde obnoxia. Quapropter secutus sum, in illa florum plantarumque interpretatione, consuetudinem magis usitatam: ne quid novi molirer in ea materia, quæ nulla re plus commendatur, quam vetustate.

IN-



I N D E X

Florum qui Continentur LIBRO PRIMO.

A BROTONUM <i>mas.</i> Aurone.	fol. 29
<i>Abrotonum foemina, sive Santolina,</i> idem ibid.	
<i>Acanthus,</i> Branche urfine.	fol. 15
<i>Achillaea.</i> Millefeuille.	fol. 23
<i>Acinus.</i> lege pro ocimo vers. 19. espece de Basilic	fol. 16
<i>Aconitum vernum.</i> Aconit de printemps.	16
<i>Aconitum brumale.</i> Aconit d'hyver ou verastre.	33
<i>Adiantum.</i> Capillus Veneris, ex Apulæo	26
<i>Adonis.</i> Fleur d' Adonis.	14
<i>Ethiopsis.</i> l' Ethiopienne, <i>Monspelussani:</i> Coto-	
nariam, espece de <i>verbascum.</i>	19
<i>Amaracus.</i> Marjolaine.	23
<i>Amarantus.</i> Passevelours, Amarante.	29
<i>Amellus.</i> Estuille, ou espargoutte.	30
<i>Aster atticus,</i> espece de Lyfimachie. <i>idem ibidem.</i>	
<i>Anemona.</i> Anemone.	23
<i>Anthemis.</i> Camomille.	19
<i>Anthora.</i> l' herbe de la Tore.	19
<i>Antirrhinum.</i> <i>Psyllium apud Plinium,</i> alii <i>Sice-</i>	
<i>lion.</i> Meufle de lyon, ou mouron bastard.	16
<i>Apium Istmiacum.</i> Persil de Grece.	15
	Aqui-

I N D E X

<i>Aquilegia, vel Aquilina.</i> Ancolie.	19
<i>Armeria.</i> Armoire.	29
<i>Asphodelus.</i> Asphodele. Afrodile, Hasche royale.	18
<i>Bellis.</i> Pasquerette ou Marguerites.	13
<i>Berberis, frutex.</i> Espine vinette.	29
<i>Blattaria.</i> Herbe aux mites.	16
<i>Buphthalmus.</i> Oeil de bœuf.	30
<i>Buxus.</i>	30
<i>Calamintha. mentæ species.</i> Pouliot sauvage.	19
<i>Calendula</i> Calendule, espece de tournesol, ou soulcycy.	30
<i>Caltha.</i> Soulcycy.	14
<i>Caltha palustris.</i> Soulcycy des marefsts.	
<i>Centaureum. πανάκεια Græcis, sal terra Italis.</i>	30
<i>Cerinthe.</i> Pasquette.	19
<i>Chamairis.</i> Petites flammes : <i>Nascitur vulgo in montibus Polonia, & Borussia.</i>	8
<i>Chamaidrys.</i> Chesnette, ou germendrée.	27
<i>Chelidonium.</i> Esclaire.	9
<i>Cariophyllus.</i> Oeillet.	26
<i>Chrysantes, sive Chrysantemon.</i> grande pasquerette.	23
<i>Cicer.</i> Poix en fleur.	15
<i>Cichoreum.</i>	29
<i>Cistus Lusitanus.</i> Rose de Portugal.	22
<i>Clematis.</i> Peruanche ou chevre-feuil à fevilles blanches.	29
<i>Clytie.</i> Tournesol, Heliotrope.	28
<i>Colchicum vernum.</i> Bulbe sauvage : tuë chien.	10
<i>Colo-</i>	

<i>Colocasiſium.</i>	Feuve d' Egypte.	15
<i>Conyza major.</i>	{ <i>Nicandro λεπτόθριον</i> <i>La-</i> <i>tinis Cunilago : ſive ut</i> <i>placitum nonnullis Tym-</i> <i>bra, & ſatureja, Sari-</i> <i>ette.</i>	29
<i>Conyza Pannonica.</i>		
<i>Conyza Alpina.</i>		
<i>Conſolida regalis. ſive flos regius.</i>	άνθος έμπόρφου δελφινοειδές. Eſpece de Pied d' Alouette.	19
<i>Convolvulus.</i>	Lyſet.	16
<i>Coriandrum.</i>	Coriandre.	29
<i>Crocus aſtivus.</i>	Saffran.	28
<i>Crocus brumalis.</i>	Crocus d' hyver.	33
<i>Cyanus.</i>	Bluet, Aubifoin.	16
<i>Cyanus Byſantinus,</i>	{ Herbe au grand Sei- gneur	18
<i>ſeu</i>		
<i>Cyanus major.</i>		18
<i>Cyclaminus.</i>	Cyclamen, Pain de pourceau.	8
<i>Cyclaminus vernus.</i>	Cyclamen printannier.	8
<i>Cyclaminus brumalis.</i>	Cyclamen d' hyver.	33
<i>Cymbalum.</i>	Martagon.	22
<i>Cytifus frutex.</i>	Cytifus d' Egypte, & de Gre- ce.	18
<i>Delphinium.</i>	Pied d' alouette ſimple.	16
<i>Digitalis.</i>	Digitale ou Gans de Noſtre-Dame.	19
<i>Digitalis Germana.</i>	Digitale d' Allemagne.	19
<i>Echium.</i>	Bugloſſe ſauvage.	26
<i>Eryngus ſive Eryngium.</i>	Panicault.	29
<i>Flos Iovis.</i>	{ Penſées.	14
<i>Flos Trinitatis.</i>		
<i>Fœniculum.</i>	Fœnouil.	16

I N D E X.

<i>Fumaria bulbosa.</i> Fumeterre. <i>Altera dicitur radix cava.</i>	8
<i>Genista.</i> Geneft en fleur.	15
<i>Granadilla.</i> la fleur de la Paſſion.	26
<i>Hedysarum.</i> Latinis <i>Securidaca.</i> Grave : Feve de loup.	29
<i>Helenium, flos Helena.</i> Enule, Aulnée, fleur d'Helene.	19
<i>Helleborum.</i> Hellebore, ou Verare.	33
<i>Hemerocallis.</i>	} Hemerocalle : fleur d'un jour, Lys fauvage.
<i>sive</i>	
<i>Hemerocalles.</i>	27
<i>Hesperis.</i> Fritilliaire, ou eſpece de Giroflée.	26
<i>Horminum</i> Oruale, ou Toute bonne.	29
<i>Hyacinthus, idem quod ξυεις</i> Theophrasti.	10
<i>Hyacinthus vernus.</i> Hyacinthe du printemps.	10
<i>Hyacinthus brumalis.</i> Hyacinthe d'hyver.	33
<i>Hyosciamus : sive oſcyamus.</i> Endormie, Iuſquame.	29
<i>Iovis flos.</i> Penſée.	14
<i>Iridis variæ ſpecies.</i>	13
<i>Iris verna.</i> Iris du printemps.	8
<i>Iris æſtiva.</i> Iris d'eſté ou glayeux.	23
<i>Iris Luſitana.</i> Iris de Portugal.	13
<i>Iris Hetruſca.</i> Iris de Florence.	13
<i>Iſatis.</i> Paſtel. <i>Glaſtum antiquis Gallis, ex Commentariis Cæſaris.</i>	29
<i>Iſopyrum.</i> aliqui phaſelion vocant.	16
<i>Larix.</i> lege <i>Rumex, Lapatum.</i> la Patience.	26
<i>Laureola.</i> Græcis δαφνοειδές. Laureole.	33

Len-

I N D E X.

<i>Lentiscus, frutex : prunus antiquis.</i>	19
<i>Leucoium. Giroflée.</i>	14
<i>Lilium. le Lys.</i>	27
<i>Linaria sive osyris. Belueder, Lin fauvage.</i>	19
<i>Linum. Lin en fleur.</i>	23
<i>Lytrum, sive Lyfimachia. Lyfimachie.</i>	19
<i>Lupus, vel lupulus. Houblon.</i>	16
<i>Lychnis. Oeillet fauvage.</i>	18
<i>Lychnis Bysantina. Hyacinthe des Poetes.</i>	
<i>Maleagris, espece de Satyrion.</i>	26
<i>Malva. Mauve.</i>	23
<i>Malva crispa. Mauve panachée.</i>	ibid.
<i>Matricaria, Matricaire, ou marone.</i>	27
<i>Melilotum. Melilot.</i>	23
<i>Melyssa. Melysse.</i>	29
<i>Mentha. Baume des jardins.</i>	29
<i>Merascum. flore purpureo & candido. Bois gen- til.</i>	33
<i>Moly. Ruë fauvage.</i>	16
<i>Myrica. Bruyeres.</i>	15
<i>Myrrhis. espece de Persil, ou l' herbe Myrrhis.</i>	29
<i>Narcissus : cujus novem species recenset Matthiolus.</i>	
<i>Narcissus vernus. Narcisse du printemps</i>	9
<i>Narcissus brumalis. Narcisse d' hyver.</i>	33
<i>Narcissus Imperialis. la Couronne Imperiale. Di- citur & lilium Persicum, sive Tusa.</i>	10
<i>Narcissus Iuncifolius, sive Iberus. Ionquille d' Es- pagne.</i>	13
<i>Narcissus à tubere, sive Tuber. la Tubereuse.</i>	22
<i>Narcissus Japonius, Narcisse du Japon.</i>	30

I N D E X.

<i>Nardus agrestis.</i> Valerienne.	16	
<i>Nasturcium.</i> Cresson d' Inde, ou Capucines jaunes.	18	
<i>Nigella.</i> Nielle. <i>Gracis μελάνθιον.</i>	29	
<i>Ocellus.</i> Oeillet.	26	
<i>Ononis</i> , ab <i>Herbariis vulgo aratri remora</i> , sive <i>restæ bovis.</i> Arreste-bœuf.	23	
<i>Orobanche.</i> Angine, ou l' herbe au Taureau.	27	
<i>Orchides.</i>	{ les Satyrions. }	
<i>Orchis cynosorchis.</i>		27
<i>Orchis serapias.</i>		
<i>Oscyamus</i> , sive <i>Hyoscyamus.</i> Endormie, Jusquiame.	29	
<i>Pæonia.</i> Pæone.	16	
<i>Pæonia πολυανθήs.</i> flore pleno majore.	ibid.	
<i>Papaver.</i> Pavot.	28	
<i>Papaver crispum</i> flore roseo pleno.	ibid.	
<i>Parthenium.</i> espece d'Espargoute, ou Matricaire.	15	
<i>Phalangium.</i> Lys de S. Bruno.	16	
<i>Phalangium Allobrogum.</i> le Phalangium.	ibid.	
<i>Primula veris.</i> Primevere.	8	
<i>Ranunculus.</i> Ranuncule simple, ou Bassinet.	14	
<i>Flos primum ex Africa allatus.</i>		
<i>Ranunculus bulbosus.</i>		
<i>Ranunculus Hortensis.</i> Ranuncule panachée.		
<i>Ranunculus crispus & multiplex.</i>	ibid.	
<i>Rhamnus frutex.</i> le Groisselier.	16	
<i>Rosa.</i>	19	
<i>Rosa mille foliorum.</i> Rose à mille feuilles.	22	
<i>Rosa centum foliorum.</i> Rose à cent feuilles.	22	
	<i>Ro-</i>	

I N D E X.

<i>Rosa Damascena.</i> Rose de Damas.	22
<i>Rosa Africana.</i> Rose d' Affrique.	22
<i>Rosa Iericunthina.</i> Rose de Ierico.	ibid.
<i>Ros marinus.</i> Romarin.	15
<i>Rumex. lege pro larix. vers. 18.</i> La patience.	26
<i>Ruta</i> Ruë des Iardins.	15
<i>Salinca.</i> Lavande, Nard Celtique.	22
<i>Salvia.</i> Saugé d' Espagne, & de Candie.	15
<i>Sambucus Gueldria.</i> Rose de Gueldre.	15
<i>Scylla.</i> <i>παγκρατίον Dioscoridis, frutex.</i> Squille.	19
<i>Sedum.</i> <i>Gracis αειζων, sempervivum, Latinis il-</i> <i>lecebra.</i>	
Espece de Ioubarbe, qui fleurit.	16
<i>Sium.</i> Berle.	30
<i>Smilax.</i> Liferon.	28
<i>Sonchus.</i> Laiteron. ou palais de lievre.	33
<i>Stoehades ab insulis in mari mediterraneo è regione</i> <i>Massiliae ejus nominis dicta Gallis & Italis Ste-</i> <i>caedes.</i>	29
<i>Sisymbrium.</i> Cresson, ou Mente sauvage.	13
<i>Thalictrum.</i> Argentine, ou Rue des prez.	16
<i>Tanacetum.</i> Tanaisie. Fleur d' Affrique, oeillet d' Inde.	32
<i>Thlaspi.</i> Thlaspi, ou fenevé sauvage.	27
<i>Thaspi umbellatum Creticum.</i>	ibid.
<i>Thymus.</i> Thin en fleur.	16
<i>Thryallis.</i> <i>Gracis φλόμ & φλομῖς ex Diosc. dicitur</i> <i>à Plinio lychnitis.</i> Espece de <i>Verbascum.</i>	19
<i>Triorchis.</i> Satyrion. ou L' orchis Serapias.	15
<i>Tulipa.</i> <i>Quæ Dalmata dicitur, quod ab Illyrio pri-</i>	

I N D E X.

<i>mum profecta: varia sunt Tuliparum species.</i>	11
<i>Viola communis.</i> Violette.	9
<i>Viola matronalis.</i> 16. Giroflée musquée, Giroflée des Dames.	29

I N D E X

Fruticum & Arborum Silvestrium, quæ continentur

LIBRO SECUNDO.

A BIES. Sapin.	43
<i>Acer.</i> Erable,	45
<i>Acanthus silvestris.</i> Branche ursine.	57
<i>Alcea frutex.</i> espece de Mauve sauvage.	57
<i>Alnus.</i> Aulne.	43
<i>Betula.</i> Bouleau.	43
<i>Caprifolium frutex,</i> Græcis. <i>ωεικλόμημον.</i> Chevrefeuil.	57
<i>Carpinus.</i> Charme.	49
<i>Castanea.</i> Chastagnier.	43
<i>Cerrus.</i> espece de Chefne.	41
<i>Citrus.</i> Citronnier.	53
<i>Coryllus,</i> Coudrier.	43
<i>Cornus.</i> Cornoillier.	43
<i>Cyparissus.</i> Cyprés.	49
<i>Cyparissus pumila,</i> Cyprés nain.	50
<i>Dumi.</i> les Buissons,	57
<i>Esculus.</i> Hestre.	41
	Fa-

I N D E X.

<i>Fagus.</i> Fouteau.		41
<i>Fraxinus.</i> Frefne.		43. & 48
<i>Gelsimum, frutex.</i> Iafmin.		51
<i>Gelsimum Iberum.</i> Iafmin d'Espagne.		ibid.
<i>Gelsimum Lufitanum.</i> Iafmin de Portugal,		ibid.
<i>Gelsimum Indicum.</i> Iafmin de Virginie.		ibid.
<i>Halimus.</i> Halime.		57
<i>Idæus rubus.</i> Framboifier.		ibid.
<i>Ilex.</i> Chefne vert.		44
<i>Juniperus.</i>		43
<i>Laurus.</i> Laurier.		55
<i>Liguſtrum Perſarum.</i> Lilac.		56
<i>Lotus.</i> Alifier.		43
<i>Malus aurea.</i>	} Oranger.	51 & 53
<i>Malus Atlantiaca.</i>		
<i>Malus Aurantia.</i>	} Oranger.	51 & 53
<i>Malus limonia, Hetruſca.</i> Limon.		
<i>Malus Punica.</i> Granadier.		56
<i>Myrtus.</i> Myrte.		54
<i>Ornus.</i> eſpece de Frefne.		43
<i>Paliurus.</i> le Houx.		57
<i>Phillyrea.</i> Phillarias.		50
<i>Picea.</i> eſpece de Pin.		43
<i>Pinus.</i> le Pin.		45
<i>Populus.</i> le Peuplier.		47
<i>Quercus, & ejus ſpecies præcipuæ.</i>		37. 42
<i>Cerrus.</i>		
<i>Eſculus.</i>		41
<i>Fagus.</i>		ibid.
<i>Ilex,</i>		ibid.

I N D E X.

<i>Rhamnus.</i> Groiffelier.	57
<i>Rhododaphne.</i> Laurier-rose.	55
<i>Ruscus.</i> Myrte sauvage.	57
<i>Salix.</i> Saule.	43
<i>Suber.</i> Liege.	41
<i>Taxus.</i> l' If.	43
<i>Therebintus.</i> Therebinte.	43
<i>Tilia mas.</i>	{ Tilleux.
<i>Tilia foemina.</i>	
<i>Ulmus.</i> Orme.	43.44

E X P L I C A T I O

Vocum Difficiliorum, quæ Pertinent ad
Aguas :

E X L I B R O T E R T I O.

A	<i>Ntliæ.</i> <i>Antlia usus.</i> Pompe. Usage de la Pompe.	65
	<i>Testa.</i> Canal de terre cuite.	66
<i>Cavea.</i> Pierrée.		67
<i>Fosse puteales.</i> Les Puifars des Pierrées.		ibid.
<i>Specula.</i> Les Regars.		ibid.
<i>Aqueductus Arcolii.</i> Aqueducs d' Arceuil.		ibid.
<i>Aquarum receptaculum.</i> Le Reservoir.		69
<i>Habena Aquarum.</i> Les Robinets.		ibid.
<i>Spiramenta canalium.</i> Les Soupirlaux des canaux.		70
<i>Tubus, vel Tubulus.</i> Le Tuyau.		ibid.
<i>Labrum.</i> Le Bassin.		70
<i>Aque salientes.</i> Les Iets d' eau.		71
		Spe-

I N D E X.

<i>Spelunca.</i> Les Grottes.	76
<i>Aquarum lapsus.</i> Les Cascades.	78
<i>Aque textiles.</i> Nappes d'eau.	79
<i>Stagna, Lacus, Grandes aquæ.</i> Les grandes pieces d'eau.	80
<i>Aquarum ambitus.</i> Ronds d'eau.	81

I N D E X

Fructuum, & Vocum Difficiliorum, quæ
Continentur

L I B R O Q U A R T O.

B ELSIA. La Beauſſe.	87
<i>Vesuna.</i> Perigort.	ibid.
<i>Benharnus vel Beneharnus.</i> Bearn.	ibid.
<i>Tricasses.</i> Troye en Champagne.	ibid.
<i>Arar.</i> La Saone.	ibid.
<i>Druentius, ſive Druentia.</i> La Durance	ibid.
<i>Tmolus.</i> Montagne de Lydie.	89
<i>Plantarium.</i> La Pepiniere.	92
<i>Inſita.</i> Les Entes.	97
<i>Inſitio.</i> L'art d'enter.	ibid.
<i>Morus</i> Meurier.	ibid. & 97
<i>Amygdalus.</i> Amandier.	ibid. & 99
<i>Ceraſus.</i> Cerifier.	100. & 101. 95. & 97
<i>Crustumia pyrus.</i> Poirier de bon Chreſtien.	95
<i>Diverſæ ſpecies inſitionis.</i>	95
<i>ἐνοφθαλμιſμός.</i> Ente en œil dormant,	ibid.
	Car.

I N D E X.

<i>Cornus.</i> Cornoillier.	96
<i>Cydonia.</i>	} Vn Coignier ou Coignacier.
<i>Cydonis.</i>	
<i>Spinus.</i> Prunier sauvage, ou Prunelier.	ibid.
<i>Pyrus.</i> Poirier.	ibid.
<i>Salignum genus, Salix:</i> le Saule.	ibid.
<i>Ficus.</i> Figuier.	97
<i>Pomus.</i> Pommier.	ibid.
<i>Citrus.</i> Citronnier.	98
<i>Persica.</i> Peschier.	ibid.
<i>Persicum malum.</i> Pesche.	102
<i>Armenia.</i> Abricottier.	98. 102
<i>Armeniacum pomum.</i> Abricot.	98
<i>Pepon.</i> Melon.	ibid.
<i>Fragum.</i> La Fraise.	ibid.
<i>Rhamnus.</i> Groisellier.	ibid.
<i>Prunus.</i> Prunier.	ibid.
<i>Quatuor formæ pomiferarum arborum.</i>	ibid.
<i>Proceræ arbores.</i> Arbres en plain air.	99
<i>Pumile.</i> Arbres nains.	ibid.
<i>Applicata muro, sive Palata.</i> Espalliers.	100
<i>Consertæ ramis.</i> Contr' espalliers.	99
<i>Nux.</i> Le Noyer.	99
<i>Præcoces fructus.</i> Fruits precoces.	100
<i>Britannapyrus.</i> Poirier d' Angleterre.	103
<i>Ossa, quod vulgus nucleos vocat.</i> Les Noyaux.	104
<i>Volema.</i> Grosses poires.	ibid.
<i>Apiana vina.</i> Muscats.	105

F I N I S.

DE UNIVERSA
CULTURÆ HORTENSIS
DISCIPLINA.
DISPUTATIO,

In qua quæritur, quæ fuerit olim apud Græcos, & Latinos, & quæ sit hodie, apud nos, hortorum forma, constitutioque optima.

THE UNIVERSITY OF
CULTURE, HONOR, TRUST
DISPUTATION
DISPUTATION

In the presence of the
honorable members of the
committee, the following
statements were made:



S U M M A T O T I U S
D I S P U T A T I O N I S

CAPUT PRIMUM. *Summam olim apud populos litterarum cultu, & humanitate politiores, hortorum fuisse dignitatem.*

CAPUT II. *Quae caeli solique positio requiratur, pro optima horti constitutione.*

CAPUT III. *Galliam rei hortensi omnibus regionibus esse commodiorem.*

CAPUT IV. *Eam, quae nunc est apud nos in usu, hortorum formam esse omnium perfectissimam.*

CAPUT V. *Quomodo perventum sit ad eam hortorum perfectionem, quae nunc est.*

CAPUT VI. *Summam culturae illius apud Graecos olim, deinde apud Latinos fuisse ignorationem.*

CAPUT VII. *Hortorum formam apud Romanos, postremis temporibus, non tam in ruris amoenitate & elegancia, quam in aedificiorum magnificentia fuisse positam.*

CAPUT VIII. *Animadversiones praecipuae in hortorum culturam universalem.*

CAPUT IX. *De naturae conditione, pro constitutione horti.*

CA-

I N D E X.

CAPUT X. *De artis & industria ratione, pro
justa informatione horti, & de quinque partibus ar-
tis.*

De Plantatione.

De Cultione.

De Infrione.

De Putatione.

De Irrigatione.

CAPUT XI. *De quadripartita horti distribu-
tione.*

CAPUT XII. *De Floribus, & Area florifera
descriptione.*

CAPUT XIII. *De Nemore..*

CAPUT XIV. *De Aquis & Fontibus.*

CAPUT XV. *De Pomario.*

CAPUT ULTIMUM. *Quem conveniat esse
eum, qui colendo horto praefectus sit.*





DE UNIVERSA
CULTURÆ HORTENSIS
DISCIPLINA.
DISPUTATIO.

TAMETSI nihil attineat dicere de CAPUT I.
Chaldæis, Babyloñis, Assyriis, Per- Summam
sis, de quibus propter longinquitatem olim, apud
temporum, rerumque vetustatem, populos lit-
conjectura potest esse difficilis: tamen si repetantur terarum
Annales sacri, perspicuum esse poterit, quam populi cultu &
isti, ad quos primum pervenit cultus, & humanitas, humanita-
studiosi fuerint Hortorum. Quod planum est de te politi-
Assuero: qui *jussit convivium preparari, in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu confitum erat: ut patet ex libro Esther cap. 1.* res, Hortorum fuisse celebratē.

De Babyloñis res est manifesta: cum, teste Plinio, nihil antiquitas prius mirata sit, quam Hortos pensiles Semiramidis, Reginae Babylonis. Quod confirmat Q. Curtius Rufus in historia Alexandri, cum Babylonem Euphrati impositam describit: *Super arce, inquit, vulgatum Grecorum fabulis miraculum, pensiles Horti summam murorum altitudinem equantes, multarumque arborum umbra, & proceritate amœni.* Idem existimandum de Persis, ut me-
mi-

minit Xenophon in Cyro. Chaldaeos autem propter camporum immensitatem, observationemque siderum, constat terræ & hortorum cultioni fuisse deditissimos.

Sed eo cultu longe magis commendari cœpit Græcia, quæ fecit in Hortorum cultu & celebritate progressus eosdem, quos faciebat in studio bonarum litterarum. Hinc Lycei & Academiæ nobilitas, quæ habebantur in nemoribus, Hortisque amœnissimis, ut testatur Eupolis apud Laërtium, ἐν δασκίῳις ἀδρόμοισιν Ἀκαδημίου. *in umbrosioribus ambulacris Academi.* Unde Horatius ad Florum, epistolarum libro secundo.

Atque inter silvas Academi querere verum.

Id autem magis explicite dicit Aristophanis interpres, his verbis, ὡ δὲ ἡ ἀκαδημία σχολεῖόν π' ἐν Αθλίῳις, ἐλαίῳις καὶ ἄλλοις δένδρεσι κατὰ σκιον. *Est Academia Athenis Gymnasium, oleis, aliisque arboribus consitum.* Quod Plutarchus innuit in Sylla, de quo sic habet: ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἀλοῖσι, καὶ τῷ ἀκαδημῖαν ἔκειρε δένδροφορωτάτῳι. *Injecit manum in lucos sacros: & arboribus refertissimam Academiam populatus est.* Quin Tullius lib. 5. de Finibus ad Brutum, facit mentionem hortuli illius, in quo Plato disputare solebat: eundemque memorat, primo de Legibus, cum Clinia, & Lacedæmonio Megillo, in cypressetis Gnoffiorum, spatiiisque silvestribus, de re- rum publicarum institutis, & optimis legibus disputare solitum. Adeo valde bene conveniebat sapientiæ cum silvis, Hortisque, apud Græcos.

Ipsū etiam Epicurum, magnum patronum voluptatis, auditorium suum constituisse in Hortis accipimus: & ut observatum est à Plinio libro naturalis historiæ 10. cap. 4. *primus hoc instituit Athenis Epicurus otii magister, in ipsa urbe delicias, agros, villasque possidere: usque ad eum moris non fuerat, in oppidis habitari rura.* Quod pluribus explicat Laërtius in ejus vita, ubi mentionem facit de ejus Horto. Nam cum esset in extremis, *pro se commendabat Timocrati, voluptatum suarum fido collegæ, auditorium quod erat in Horto, ἡμοκρίτης, καὶ δύνατον, τὴν ἐν τῷ κήπῳ ἀγροτελεῖν ὡς ἀκατήγεμα.* Is enim delectabatur imprimis deambulationibus iis, quæ fieri solent ad umbram arborum: in eo minus pinguis fratre suo Metrodoro: qui, quod ad beatam vitam pertineret, id ventre metiebatur universum. In eo autem Timocrates hortorum studio, socium habuit Apollodorum, sectæ illius magnum defenso- rem, qui *Κυποτύραννος* appellatur à Laërtio; quod in Hortis Epicuri dominaretur, vir asper & tumidus, ea supercilii gravitate, quæ decebat philosophum, bene, ut erat, impudentem. Illud autem hortorum regnum retinuit auctoritatem suam apud posteros, per successores. Quærit enim Tullius per litteras ab Attico, libro Epist. 12. *Quis illo, quo scribebat, tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui hortis præfuerit: quos identidem Democriti fontibus irrigasse Epicurum meminit Cotta apud Tullium libro primo de Natura Deorum: ubi disputat copiose de*

illius doctrina. Sed quia magnus erat magister voluptatis Epicurus, nihilque melius otio & cessatione, tanquam puer mollis & delicatulus, esse putabat, non morabor ejus auctoritatem, pro tuenda Hortorum dignitate: *cum tantum licentiæ haberet ejus Hortus*: ut monet Tullius libro 1. de Natura Deorum.

Quapropter Philosophiæ severioris imploranda fides, pro commendatione Hortorum apud Græcos: quos celebravit vetus schola cum Platone, Speusippo, Aristotele, Xenocrate, cæterisque liberalioris sapientiæ ducibus & magistris. Ajunt ipsum etiam Lacidem Cyrenæum, Archesilai successorem, Academiam suam habuisse in Hortis: ut de eo testatur Laërtius: *ἐχόλαζεν ἐν ἀκαδημίᾳ, ἐν τῷ κατασκευασθέντι κήπῳ ὑπὸ Ἀττάλου ἔ βασιλέως. Lacides Academiae scholam habebat in horto, quem Rex Attalus fieri curaverat.* Horum porro Philosophorum Hortos describit Strabo libro primo Geographiæ, quos memorat oleis, aliisque frondentium arborum generibus ornatos, ei non absimiles, quem describit Eustathius libro primo de amoribus Ismenix & Ismenes, in palatio Sosthenis, myrtorum, cupressorumque ordinibus splendide distinctum. Et Vitruvius libro quinto, proponit imaginem Lycei, ad exemplum loci cujusdam amœnissimi.

Occupavit Romanos non mediocriter idem studium; cum primum Græcorum consuetudine mansuetiore facti litteras receperunt. Nam summa vilitas erat, summaque ignominia rei Hortensis,
pri-

primis Reipublicæ temporibus ; cum rei suæ per-
attenta gens, de elegantia nondum cogitabat.

Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi :

Ut monet Poëta, epistola ad Augustum. Lux-
um enim, & delitias attulit pacis opulentia, qua-
rum usus ignorabatur in populo rudi, & rerum cæ-
terarum, præterquam suæ utilitatis, imperito : quo
tempore, ut idem docet,

*Romæ dulce diu fuit, & solemne, reclusa
Mane domo vigilare, clienti promere jura,
Majores audire, minori dicere, per quæ
Crescere res posset.*

Qui mores erant civitatis nondum elegantis &
politæ ; quod meminit Plinius libro 18. capite 4.
Romanos, nimirum temporibus primis, *ut necesse
erat*, arva tantum coluisse, de Hortorum videli-
cet amœnitate & elegantia parum sollicitos : quod
studium opulentiori Reipublicæ, populoque poli-
tiori venire cœpit, postquam

*Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agresti Latio.*

Tum sua rei Hortensi accessit dignitas, suaque
commendatio, per quam celebritas quæsitâ patriciis
& optimatibus, quibus deinde persuasum, dignita-
ti suæ spectationem quoque suam venire jam non
posse, nisi per Hortorum magnificentiam : quæ
deinde vanitas exarsit, usque ad libidinem & in-
temperantiam : ut patet ex litteris ad Atticum, qui-
bus mores civitatis jam delicatæ describuntur. Nam

dici non potest quam cupide & ardentem, pro paradisi Hortis, scribat Tullius ad Atticum lib. 12. cum nihil sit quod peræque flagitare videatur: & quidem ob hanc causam, inquit; nihil enim video, quod tam celebre esse possit: nec ita multo post. De Hortis etiam atque etiam rogo, omnibus meis, eorumque quos scio mihi non defuturos, facultatibus. Quod litteris consequentibus repetit, usque ad excusandam cupiditatem. Tanto, videlicet parandorum hortorum desiderio tenebatur: cujus rei rationem reddit per alias litteras eam: *nescio quo pacto celebritatem requiro, itaque Hortos mihi conficias, necesse est.* Tum vero subjicit: *De Hortis quaeso explica, & communices, quantopere velim, & quare velim.*

Hinc toties celebrati litteris, Drusi, Lamiæ, Pompeji, Claudii, Luculli, Cæsaris, Mæcenatis, cæterorumque patriciorum Horti. Sic enim existimabant viri dignitate spectatiores, post res domi, forisque bene gestas, satisfacere se non posse suæ laudi, & gloriæ, nisi possessione Hortorum, quibus summa Reipublicæ Romanæ fortuna, rebus pacatis, nihil propemodum habuit magis commendabile, ad nominis celebritatem.

Carthaginenses vero, qui de imperio orbis terrarum per id tempus contendebant cum Romanis, nemo dubitaverit fuisse magnos Hortorum cultores; postquam traditum à Varrone, Græcos omnes, qui de re rustica scripserunt, quos memorat innumera- biles, per unum Pœnum nobilem, Magonem nomine, fuisse superatos.

Scrip-

Scriptit enim ea de re libros octo & viginti, quos Cassius Dionysius Uticensis reddidit Græco sermone, & Sextilio Prætori in Bithynia misit: eosdemque actos in compendium Deiotaro Regi obtulit Diophanes. Adeo verum est populos omnes, qui se commendarunt aliqua ingenuitate bonarum litterarum, Hortensis culturæ fuisse studiosos: cui fere cuncta barbaries semper fuit infestissima. Nam rebus per Imperium Romanum inclinatis, nihil propemodum contemptius fuit eo studio, per id omne tempus, quo Barbari volitarunt per Europam, qui, ut in artes cæteras, sic in eum cultum invexerunt quandam peregrinam insolentiam: per quam plane negligi cœpit hoc studium: in quo colendo tundoque quædam semper vitæ honestas fuit; in negligendo, infamia ac turpitude. Cum autem pro vario populorum ingenio, variam fuisse hortorum colendorum rationem planum sit: constituendum erit, quæ omnium fuerit optima; postquam de cæli solique affectione, ad horti formam optimam maxime idonea, erit constitutum.

Non dicam de moribus populorum variis, pro vario Hortorum cultu, quod esset & infinitæ, & inutilis operæ. Satis est, pro suscepta re, si dixerobreviter de cæli solique ipsius Horto convenientis indole; quod erit non expeditum: cum sæpe contingat, ut idem solum quod floribus convenientis est, non æquum sit fructibus. *Non enim, inquit Varro de re rust. lib. 1. cap. 7. eadem omnia, in*

CAP. III.
Qua cæli
solique po-
sitione requi-
ratur, pro
optima Hor-
ti constitu-
tione.

eodem agro, recte possunt: utque alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum, sic de cæteris, alius ad aliam rem. In Campania, cælum Falernum propitium est vino, Appulum frumento, oleæ Venafra- num. Nam ut docet Virgilius primo Georgicon.

*Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis.*

Adeo nimirum parce liberalis est, ut nunquam late patere sinat idem beneficium.

*Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt
Gramina.*

Ubi Poëta concessas dotes singularibus solis persequitur pluribus, quam regionum partitionem Pindarus in Pythiis longe antea; Columella vero libro tertio de re rustica aliquanto post meminit, ubi habet *Mysiam, Libyamque abundare frumentis, Tmolon, & Corycion florere croco, Indæam & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi.* Nam ut declaratum à Plinio libro 18. *in omni cultura parte valet oraculum illud, quid quæque regio patiatur.*

Quapropter non potest satis dici, quantum referat, qua cæli positione constituatur Hortus. Quæ causa est, cur plerisque ex Africa de terræ cultu scriptoribus Tremellius, apud Varronem, fidem haberi nolit, *propter cæli, solique distantiam.* Fundus autem is, *ubi salubritas non est,* inquit Varro lib. 1. de re rust. cap. 4. *cultura non aliud est, atque alea domini vitæ, ac rei familiaris.*

Ita-

Itaque villico diligenti & accurato imprimis laborandum est, de cæli solique situ peruestigando, ne perdat operam omnem, si peccet in ea parte, quæ præ cæteris considerari debet.

De cælo ipso video, quid senserit agriculturæ magnus arbiter Varro. Cum enim orbis terrarum divisus esset in duas partes ab Eratosthene, alteram, quæ est ad meridiem, ad septemtriones alteram: statuit partem septemtrionalem meridiana longe salubriorem, & *quæ salubriora sunt*, inquit, *illa fructuosiora*, libro 1. cap. 2. Ex quo conficit, Italiam Asia ad colendum fuisse oportuniorem, *primum quod sit in Europa; secundo, quod hac temperatior pars est, quam interior: nam intus, pene sempiternæ sunt hyemes.*

Quæ facit ratio, cur judicem Galliam, non Italia modo, sed terris omnibus, rei Hortensi commodiorem, quæ supra cæteras omnes cæli temperatissimi sit, tantumque de parte meridiana communicet, quantum necessarium sit moderando septemtrionalium siderum frigori: quæ temperatio omnium maxime conveniens est, sive floribus, sive fructibus educandis; his enim ut calores propitii sunt, sic nocent illis, si nimii sint. Quæ commoditas satis per se patet ex vicinitate regionum quibus Gallia communicat. Pertinet enim ab una parte ad Angliam & Germaniam, ubi pro cælo frigidiore, flores sunt foliosiores; ab altera vero pertinet ad Italiam, ubi pictiores mitioresque fructus, pro cælo clementiore, provenire solent. Cum autem

CAP. III.

Galliam
rei hortensi
omnibus
regionibus
esse magis
idoneam.

Horti perfectissima complexio floribus, nemore, aquis, pomario contineatur, quibus omnibus cælum nostrum videtur esse imprimis accommodatum: meo judicio censeri debet, pro recta Horti constitutione, omnium optimum illud, quod mi- te floribus, nemori algidum, aquis salubre, fructibus & pomis tepidum sit: quale constat inter omnes, esse nostrum.

De soli bonitate, non interrogabo conscientiam villicorum, quando summa felicitas Hortorum nostrorum satis per se monet, quid de ea æstimandum sit. Nulla est oratio, quæ possit assequi soli nostri benignitatem; de qua dicerem pluribus si scriberem ad alios, quam qui sentiunt beneficium tantæ commoditatis: nec ipsa tellus ubertate sua ostenderet felicitatem, quæ ab aliquot annis sic cohortari cœpit industriam hominum nostrorum, ut nulla re magis quam Hortensis rei studio se propemodum nobilitarit ætas nostra: quæ laudabilis quædam insania est hujus sæculi: cum nulla domus sit in civitate, paudellum liberalis & honesta, quæ se non commendet ostentatione Horti alicujus: ipsique patricii, & principes in regno viri, de pomariorum ratione universa palam commentari, & tradere dogmata non dubitent. Ex quo factum, ut quod olim gerebatur per servitiorum vile ministerium; magni jam, excelsique spiritus sit, informandæ arboris, Hortique describendi colendique, profiteri disciplinam. Contra quam exostulabatur olim ab historico naturali lib. 18. cap. 3. quod suo tempore, *agros,*
Her-

Hortosque vincti pedes, damnata manus, inscriptique vultus exercerent. Quæ luxuriantis & perditæ Reipublicæ calamitas fuit. Cum olim, ut ipse testatur eodem loco, ipsorum Imperatorum manibus colebantur agri, ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: sive illi, eadem cura, semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arva disponebant, qua castra: sive honestis manibus, lætius omnia proveniunt.

Quæ felicitas contigit ætati nostræ: in qua non modo Regni proceres, summique Magistratus oblectant se hortorum cultione: sed etiam Rex ipse Christianissimus, medias inter belli pacisque curas, non putat alienum à sua majestate descendere interdum ad eam animi remissionem, quæ percipitur è studio tam liberali. Nam Florum Hortorumque cultum omnem sic habere cœpit in delitiis, ut nihil exquisitum sit, in amœnitate ruris universi, quod perficiendæ villarum suarum magnificæ molitioni non asciscat, pro captu unius cujusque, sumptibus infinitis, quasi velit ornamentorum luxu & opulentia, fortunatæ telluris ipsius provocare benignitatem.

Cum voluptatis gratia, multo magis quam utilitatis comparetur Hortus, ea Horti forma censeri debet omnium optima, quæ maxime composita fit, ad eam amœnitatem quæ ruri percipitur; quam video quatuor quasi elementis contineri universam, floribus, nemore, aquis, pomario. Ex quarum

CAP. IV.
Eam, quæ
nunc est in
usu apud
nos, Horto-
rum for-
mam, esse
omnium per-
fectissimam.

partium justissima temperatione liquet Horti formam effici omnium absolutissimam. Per quid autem potissimum veniat gratia ei partium compositioni, aut quid super ea re imputandum rationi, non disputabo nimis subtiliter & desidiose: sentiunt satis, qui afficiuntur voluptate ruris, quanta decentia sit temperationis istius; licet non ita perspicuum sit, quid præcise gratiæ per se conferant partes singulæ, unde existat illa species admirabilis, quæ rapit oculos, & occupat admirationem, per singularem eam partium aptarum inter se convenientiam. Quæ partitio, in Hortensis rei distributione universa, suis omnibus sic est absoluta numeris, ut non modo melior fuerit nunquam, sed ne vel in posterum perfectior ulla excogitari possit.

Nam sic per eam temperata sunt omnia varietate & elegantia: sic picti florum colores, densæ opacitates nemorum, fontium rivorumque liquidæ perennitates, amœnissimique ordines arborum pomiferarum inter se mire consentiunt ad decentiam: ut nihil fingi queat, quod ad curiosam ruris amœnitatem magis appositum esse videatur.

Neque tamen contigit propterea, quod video deploratum à Plinio, in proemio libri XIV. in re rustica, *vitam desisse, ubi vivere cœpit voluptas*: quasi rus emendate cultum non ferat elegantiam lautiorẽ. Verum tametsi discrepent nostri mores, ab illo Vultejo Mena, quem laudat Horatius ad Mæcenatem, qui de sua re unice sollicitus.

Arvum, calumque Sabinum

Non cessat laudare, & amore senescit habendi.

Quique factus, pro se, suisque rationibus, ex nitido & eleganti, fordide rusticus,

Sulcos & vineta crepat mera.

Tamen per industriam cultorum perfectum est, ut in Hortorum forma, quæ viget id temporis apud nos voluptas ipsa serviat utilitati; & si conferre volumus nostra cum antiquis, non solum Hortorum elegantia, sed etiam fructuum ubertate, & copia videbimur longe superiores. Nam pervenimus ad eum sapientiæ gradum tantopere laudatum à Poëta, quo villarum nitorem, cum utilitate conjunximus. Sic ille videlicet ad Numonium Vallam epistolarum libro primo.

*Vos sapere, & solos ajo bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.*

Unde plena lenociniorum videri cœpit ars illa, quæ voluptatem fructuosam afferat. Sic ex ea commoditate ætas nostra, notitiam disciplinæ Hortensis partim in formandis arboribus, partim in floribus educandis assecuta est perfectissimam: adeoque ita de rerum nostrarum elegantia longe potiori jure prædicare possumus, quam Poëta Venusinus

Venimus ad summum fortune.

In iis præsertim, quæ spectant Hortorum elegantiam, rurisq; amenitatem. Nam partim novi orbis, per maris commercium communicati beneficio, partim studio & industria cultorum nostrorum,

plu-

plurima postremis temporibus his , ad Hortorum cultum & decentiam ; comperta sunt , quorum nullum ferme extat apud majores vestigium. Sic autem statuo , ut partes hæ , quibus Hortorum descriptio continetur omnium rectissima , nunquam fuerunt ab omni parte elegantiores , per eas , conformationis & decentiæ Hortensis eam effici absolutionem , qua nec fuit usquam ulla , major , nec in posterum esse possit.

CAPUT V. *Quomodo perventum sit, ad eam Hortensis cultura perfectionem.* Quomodo autem postremis temporibus iis factus sit aditus ad eam perfectionem disciplinæ Hortensis , quæ nunc est , dicere non erit alienum : quod ut memoriæ recentis est , non difficulter repeti poterit. Nam cæli folique Gallici commoditate parum feliciter usos majores nostros , in eoque paullo fuisse rudiores , dicere non verebor. Atque ut rem aggrediar ; eum ante civiles motus ultimos , induxisset luxum & abundantiam in civitatem , fortuna rerum nostrarum , quæ tum erant florentissimæ ; illarum amplificando splendore quæsitus decor ab Hortorum cultu : cui , ut ferebat opulentia temporum , suggerendis sumptibus non defuit cupiditas optimatum. Eorum , ut fit , illico imitatores exitere permulti de privatis , præsertim ex negotiatorum publicanorumque ordine , qui tum frequens erat in urbe & copiosus. Illi , ut erant divites & pecuniosi , nullis parcebant sumptibus , pro constituendis Hortis.

De floribus exquisitissimis , tulipis præsertim , la-

laboratum est primo : tum quæsi longe , ductique fontes impensis omnibus , ficti , simulatique amnes latissimi de canalibus domesticis. Quid plura ? Inducendarum Hortis aquarum miræ libidines consecutæ : tantam licentiam dabat luxus. Deinde deducta res ad fructus procurandos : infitionibus eruditis arborum partus insolentes , maturitates , graviditatesque pomorum per disciplinam & artem repertæ. Quibus , pro conciliando colore , Solis de muro reflexi ascitus favor : externæ arbores magna pecuniæ vi traductæ , pro novis ramorum societatibus , per infitionem excogitandis : postremo constitutus ordo confusio , quæ prius erat : cui accesserunt pulvillorum exquisitæ descriptiones , textusque areolarum mirifici : unde designationes , compositionesque Hortorum extiterunt hæ , quas videmus jam , emendatiores simulacris omnibus : sed opum dissipatione prope modum incredibili : quo deinde luxu cœpit infici civitas prope omnis. Ut autem favebat cæli temperatio , neque , ut apparet , deerat soli benignitas : commoditatum istarum opportunitati , villicorum etiam cultorumque accessit solertia , præsertim in ipsa cultione fructuum , quorum ubertate & proventu res ita bene cessit quamplurimis , ut brevi , quod erat in medio positum , pro ratione questus patuerit late , pertinueritque ad universos. Ad extremum , partim commoditate fructuum , qui percipiebantur , partim ipsa amœnitate excitatum studium , plantas & arbores expertes sensus ita coëgit

git sub legem & disciplinam, ut jam se fundat arbor, fingatque ad cultoris ipsius arbitrium, & imperatam fructuum vel magnitudinem, vel copiam Proferat. Sic ex commoditate tum utilitatis tum oblectationis, quam ex hoc universo cultu percepit ætas nostra, eam affecuta est disciplinæ istius cognitionem, qua superavit omnem antiquitatem.

CAPUT VI.
Summam
cultura il-
lus apud
Græcos o-
lim & La-
tinos, fuisse
ignoratio-
nem.

Nam perspicuum est Græcos Romanosque ver-
satos olim in magna ignoratione deliciarum earum,
quæ jam locum habent in Hortorum nostrorum
descriptione, quarum nullum propemodum extat
apud eos vestigium.

De Græcis res est manifesta, si consulatur Ho-
merus, qui in describendis Alcinoi Hortis, quibus
nihil habent heroïca tempora magis in ea parte sum-
ptuosum: ita tenuis & modicus est, ut vel ipsi licen-
tiæ, quam dabat fabula, parcere videatur, pro con-
stituendo Horto summi Principis, qui nihil ha-
bere videtur accommodatum ad splendorem, &
magnificentiam Rege dignam. Sileo de loci angu-
stis, quem τετράγωνον facit. Nihil dico de parcitate
fontium, quorum unum statuit tantum & alterum:
nihil de arborum fructiferarum paucitate: ut patet
ex ipsa descriptione Horti, septimo Odyssæ.

Ὅρχηται, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλάοκαρποι,
Συκαὶ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθώσσαι.

Pyri, Pumice mali, & pomi nitidum fructum feren-
tes, & dulces ficus, & oliuæ florentes.

Nulla autem apparet pulvillorum circumscri-
ptio

ptio, nulla decentia, positi sine arte flores, nullus ordo, confusa omnia: quibus nihil prope addidit de suo, ipse Eustathius, magnus alioquin in cæteris Homeri amplificator. Ex quo perspicuum est, quam rudis erat in eo Græcia, quæ tamen magistra fuit olim elegantiarum cæterarum.

Nihil dicam de Hesiodo, qui in eo in quo versabatur argumento, de terræ cultu, ne verbum quidem fecit unum, de ea ruris elegantia, quam quærimus. Cumque profiteatur id unum propemodum, ut bene moratæ gravitatis quandam quasi disciplinam tradat: nullam cultionis nostræ similitudinem, nullam morum, nullam temporum nostrorum in ea parte concinnitatem expressit. Extant in postremis Græciæ temporibus apud Heliodorum, qui de Theagenis & Charicleæ; Achillem Tatiurn, qui de Clitophontis & Leucippæ: & Eustathium, qui de Ismenes & Ismenix scripserunt amoribus; descriptiones Hortorum, ubi nulla apparet nota varietatis & decentiæ illius, qua se commendavit ætas nostra, in universæ disciplinæ Hortensis amplitudine.

Non major Hortorum fuit elegantia apud Romanos, quorum vita, ut habuit plus severitatis, & disciplinæ, quam Græcorum: ita serior longe fuit apud eos Hortorum cultus: qui, ut declarat Plinius, ei primum terræ cultioni vacare cœperunt, quam vitæ necessitas postulabat. Et ut omittam dicere de primis Regum & Consulum temporibus, quibus, ut monet Plinius libro 19. *ager, pauperis Hortus dicebatur*, cujus cultus pertinebat ad curam matris-

fa-

familias, quæ postulabatur negligentia, *ubi Hortus esset indiligens* : quis Catonem ferendum putet : qui caules & brassicas prædicabat, pro delitiis Hortorum sui temporis ? Adeo videlicet sine nitore & cultu, Romæ per id tempus, res erat Hortensis. Neque existimandum est, Republica opulentiori, qualis fuit post excisam Carthaginem, nitoris accessionem factam huic cultioni, ut intelligi potest ex scriptoribus emendatioris sæculi. Nam Tibullus in describendis ad Cynthiam ruris delitiis, vix recedit ab agricultura duriori, summaque oblectationis illius, quæ ruri percipitur, statuit in pomis & vitibus conferendis. Ita ille elegia prima libri primi.

Ipse seram teneras maturo tempore vites

Rusticus, & facili grandia poma manu.

Mox redit ad boves & arationem, unde vix emergit, tam in eo durus, quam nitidus & elegans in cæteris.

Extant apud Virgilium, scriptorem, ut nemo negat, politissimum, Hortorum descriptiones multæ. Altera est Horti Coryciani, ad amnem Galesum, quarto Georgicon, altera in Moreto, tertia in Hortuli laudibus, quod carmen Virgilio tribui solet ab eruditis : quanta tamen ubique simplicitas, ætate quam non simplici ?

Quod locum facit conjecturæ de illo, fatis probabili, cur impetrare non potuerit à seipso, ut de Hortis, quæ materia sese offerebat in Georgicis, non tractaret. Neque enim dici potest, quod

in

in alio occupatus, heroi suo præpararet otium ; cum fatis aperte declaret lib. 14. Plinius, *præcellentissimum Poëtam Hortorum dotes fugisse, rerum humilitate deterritum*. Quod sic est accipiendum, ut honos suus habeatur semper Poëtæ tam divino, de quo quidquam suspicari secus nefarium videri debet justissimo cuique. Non enim existimandum puto virum tam admirabilem ulla difficultate deterritum. Sic autem sentio : sub hæc tempora, quibus scripsit Virgilius, ut Horti non erant hujus amœnitatis & elegantia, cujus nunc sunt, eum non potuisse justum opus edere de re Hortensi, valde diversum à Georgicis, quibus plurima complexus est, præsertim libro secundo, quæ pertinebant ad Hortorum rationem, ubi è *tantis, quæ retulit, flores rerum modo secutus*, ut observatum à Plinio, in præmio libri 14. nihil omisit eorum, quæ recipere poterant ornatum in ea parte : quo delectu facto, fieri potuit, ut cæterarum partium tenuitate deterreretur, ne artis suæ faceret periculum in materia non necessaria. Non enim per id tempus res Hortensis discrepabat multum ab agricultura communi : cujus amœnitatem propemodum delibaverat universam.

De Ovidio, magno quantumvis fabulatore, & scriptore fatis libero, par judicium fieri debet. Nam in describendo, ad Aventinum, Pomonæ Horto 14. *Metamorphoseon*, tam tenuiter & parce copiosus est, ut ab ingenio suo destitutus esse videatur.

Proferre possem hoc loco testimonium Tullii ipsius, judicis deliciarum Hortensium sane quidem non inexperti. Quam multis tamen verbis, quam nihil dicit, quod comparabile sit elegantiae Hortorum nostrorum, in describendo, secundo de Legibus Fibreno suo, amœnissimaque insula illa, præ qua magnificas villas, pavimenta marmorea, & laqueata tecta cæterarum ferre non poterat Atticus: ridebatque ductus aquarum, tubos, Euriposque villarum aliarum, cum venerat ad Fibrenum.

Par eademque ratio est cæterorum scriptorum illius ætatis, quæ tam diligens erat in omni genere deliciarum, quasi locus non fuerit huic elegantiae apud populum delitiis ingenii jam prorsus occupatum, qui vel negligens fuit istius suavitatis, vel in ea quærenda parandaque non usus ingenio. Testis Palladius, qui in Horti sui descriptione, quæ est libro tertio, multa disputat satis diligenter & accurate de porris, cæpis, & caulibus. Omitto Varronem, & Columellam cæterosque Hortorum descriptores Latinos, qui ne norunt quidem partem ullam decentissimæ illius concinnitatis, quam assecuta est ætas nostra in Hortorum descriptione: credo, quod utilitate & proventu voluptatem eam omnem, quæ ex agro percipi solet, metiebantur, quales describit agricolas sui temporis Politicorum sexto Aristoteles: *μᾶλλον ὀρέγονται τῷ κέρδει, ἢ τῆς τιμῆς, utilitatis suæ magis, quam honoris cupidos.*

At sermo tam multus est apud scriptores Augustæ

stæ ætatis, de Hortorum magnificentia, qua se, quemadmodum accipimus, tantopere commenda-
 verant apud suos Pompejus, Lucullus, Lamia, Mœcenas, Salustius, cæterique in Republica opti-
 mates. Nihil enim per id tempus fuit Romæ celebre magis, atque patricium. Unde liquet, quam sine
 causa Populus Romanus negligentia postuletur, in ea parte, in qua tot habet monimenta splendoris, & magnificentia. Erant revera apud populum gentium victorem Horti, supra quam dici potest celebres & sumptuosi: non nego. Nam fortunæ Romanæ opulenta, & ipse luxus tot opibus orbis terrarum superati dives, & affluens, incredibilem magnificentiam induxerat in mores universæ civitatis: sed non tam Hortorum decenti partitione, justaque florum & arborum descriptione, cultuque eleganti continebatur luxus is, quam piscinarum ædificiorumque molitionibus, cæterisque sumptibus immodicis, qui nullo modo pertinebant ad ornandi colendique ruris rationem.

CAP. VII.
Hortorum formam apud Romanos, potissimum temporibus non tam in amœnitate ruris, quam in ædificiorum magnificentia fuisse positam.

Nam proditum à Varrone, *Hortos Luculli*, cujus villa erat in Tusculano, non floribus, fructibusque, sed tabulis fuisse insignes. Assentitur Varroni Plinius libro 18. qui villam *Luculli caruisse agro*, profitetur: sed ut erat *profusæ in ædificiis luxuria*, quemadmodum libro 2. testatur Paterculus, indulserat plus æquo cupiditati suæ in extruenda per immanes sumptus, domo: cujus magnificentia ipsi Tullio, libro tertio de Legibus, in ea re parum alioquin temperanti, digna videbatur repre-

hensione : quod, contra quam patiebatur temporum disciplina, corrumpendæ civitati valere posset tam perversæ cupiditatis exemplum. Et quamvis excuset magnificentiam, suosque sumptus, exemplo vicinorum duorum, equitis alterius, alterius vero libertini, qui licet tenuioris ordinis, sumptus fecerant in villarum suarum ædificiis, propemodum pares suis: tamen excusatio justa non videbatur in eo, cujus moderatione cupiditas aliorum debebat emendari. Villam alteram habuit in Campania ad montem Misenum, Tusci, Siculique maris prospectu amcenissimam, quæ deinde tempore consequenti, pertinuit ad Tiberium, ut testatur Phædrus fabula quinta libri secundi, & Tacitus libro sexto Annalium; mox ad Claudium Imperatorem, qui, ut memorat Tacitus, *inhiabat Hortis Tiberii, quos à Lucullo habitos insigni magnificentia excolebat.* De illis autem ita Plutarchus: ὄπου καὶ νῦν ἑπίδοσιν τοιαύτω τῆς τευφῆς ἐχούσης, οἱ λευκουκλιανοὶ κῆποι, τῆ βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀεθμοῦσι. *Ex quo etiam nunc tanta accessione facta ad luxum, Horti Luculliani inter sumptuosissimas res Imperatoris habentur.*

Sic ajunt Pomponium Atticum villam habuisse in colle Quirinali, Pamphilianam, *cujus amœnitas non ædificio, sed silva constabat*: quemadmodum meminit in ejus vita Cornelius Nepos. Sive columnarum ordine frequentissimo hæc silva ornata esset, ut fieri solebat id temporis, quod monet Horatius libro secundo, satyra decima.

Et

Et varias inter nutritur sylva columnas.

Sive naturali pulchritudine, & arborum proceritate umbrosiori, commendabilis videretur, De cæteris hujus villæ partibus silentium per se loquitur: nam si quid habuisset dignum commendatione, non fuisset præteritum à scriptore tam accurato: qui locum quærit tam diligenter, in quo laudet Atticum.

Cum autem Hortorum nomine, apud Romanos, villæ molitio universæ significetur, ut patet tum ex libro tertio Officiorum de Hortis Syracusanis, quos Canius vendidit Pythio; tum ex Hortis Crassipedis in Epistolarum ad Atticum libro quarto, ubi *Tullius quasi in diversorio cœnare cogitabat*, aliisque Hortis compluribus, de quibus mentio frequens est apud Tullium: facilis esse potest conjectura de cæteris, qui statuarum excellentia, pavimentorum honestate, tabularum sumptu, piscinarum magnificentia, exquisitaque ædificiorum opulentia magis, quam amœnitate ruris erant nobiles. Nam villarum istarum magnificentiam in sumptibus iis potissimum esse positam, persuasum esse debet ex libro tertio de Legibus, ubi Tullius subagitat eorum insaniam, qui sumptibus iis locum dederant. Sic ille: *Quis ferat istos, cum viderit eorum villas signis, & tabulis refertas, partim publicis, partim sacris & religiosis?* Ipse Tullius, qui pro sua gravitate reprimebat immodestiam cæterorum, sibi fatis in eo temperare non poterat: nam profitetur apud Atticum libro primo epistolarum, *se Cajetam,*

si quando abundare cœperit, ornaturum. Urget autem per litteras consequentes amicum, ne cupiditati suæ defit. *Velim, inquit, ut signa, & cetera quæ tibi ejus loci, & tuæ elegantia videbuntur, quamplurima, quam primum mittas. Nam in eo genere, sic studio efferimur, ut abs te adjuvandi, ab aliis prope reprehendendi simus.*

Laborabat nimirum per id tempus eo luxu Republica, quæ jam multum remiserat de parsimonia majorum. Quam luxus immoderati licentiam deplorabat suo tempore Horatius Ode xv. libri 2. ubi sæculi sui describit insaniam, in ædificiorum molibus substruendis ad Lucrinum lacum.

————— *Non ita Romuli*

Præscriptum, & intonsi Catonis

Auspiciis, veterumque norma.

————— *Nulla decempedes*

Metata privatis, opacam

Porticus excipiebat Arcton.

Eundem luxum exagitat etiam pluribus, libro tertio, Ode prima, ubi profitetur nolle permutare se villulam suam ruris omnino perexigui, quæ erat in valle Sabina, postibus invidendis, divitiisque operosioribus ceterorum. Eam nimirum ædificiorum superbiam induxerat commercium cum Asiaticis. Postquam enim victorem ex Asia exercitum Sylla reduxisset in Italiam, *signa, tabulas pictas, vasa celata mirari* Romæ cœptum est primum, ut memorat Sallustius in bello contra Catilinam: mox ad ædificiorum ornatum, & magnificentiam adhi-
beri

beri ab omnibus : deinde per immanes pecunias, sumptusque infinitos, transportari rus; cujus demum omnis gratia constabat peregrinitate & insolentia istorum ornamentorum. Scribit Ammianus obeliscum magnitudinis incredibilis in Hortos Sallustianos magnis sumptibus translatum. Et M. Cicero testatur oratione pro domo sua ad Pontif. Pub. Clodium per tempus ædilitatis suæ signorum vim maximam è Græcia deportavisse, quæ suis in Hortis collocaret. Vigebat Romæ nimirum per id tempus ornandorum Hortorum studium : nam nullis sumptibus parcebatur, quod Horti per sumptuosas ædificiorum molitiones, statuarum exquisitarum ornamenta, putarentur spectatiores. Sic Juvenalis de Lucano.

*Contentus fama jaceat Lucanus in Hortis
Marmoreis.*

Nam longas & magnificas porticus, & deambulacra ædificabant in Hortis, ut testatur Celsus ex Ulpiano libro octavo Digestorum.

Quam insaniam putabat non tolerabilem, civitate licet jam corrupta, moribusque depravatis, Philosophus Romanus epistola primi libri 13. in describenda villa Scipionis Africani : cujus adoratis manibus, ad aram quæ viri sepulchrum putabatur, laudat domum frugalissimi Imperatoris, quam comparat cum magnificentia libertinorum sui temporis. Sic ille gravis, ut semper, contra luxum, & vehemens. *Quantum, inquit, statuarum, quantum columnarum nihil sustinentium : sed*

in ornamentum positarum impense causa. Eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus: quæ, ut est magnus declamator, persequitur pluribus.

Sed quod reprehendebat in aliis, ipse sibi non dubitabat indulgere scitæ vir notæque cupiditatis: quantumvis supercilium tollat interdum contra luxum. Nam Hortos habuit eos in Nomentano, qui superarent pulchritudinem cæterorum, & Principis invidiam provocarent. Sunt enim qui persuadere velint Senecam, propter villæ, Hortorumque magnificentiam, proscriptum à Nerone: de quo satis diserte Tacitus libro Annalium decimo quarto, in hanc sententiam. *Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, tanquam ingentes, & supra modum evectas opes adhuc auget: Hortorum quoque amœnitate, & villarum magnificentia quasi principem supergrederetur.* Non faciam ipse verba bene multa, ut tantam immodestiam excusem rei capitalis: is ipse causam suam agat: sic ille eodem in loco apud Cæsarem. *Una, inquit, occurrit defensio, quod muneribus tuis obniti non debui: sed uterque mensuram implevimus, & tu quantum princeps amico tribuere possit, & ego quantum amicus à principe accipere: cetera invidiam augent: quæ quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacent, mihi incumbunt. Sed opes meas jube in tuam fortunam recipi: hoc quoque in tuam gloriam cedit, eos ad summa vexisse, qui & modica tolerarent.* Honesta speciosaque oratio, & à Prin-

à Principe in speciem satis bene accepta. *Quæ à me habes*, inquit, *Horti & villæ, casibus obnoxia sunt; & licet multa videantur, plerique haud quaquam artibus tuis pares plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Unde etiam rubori mihi est, quod præcipuus charitate, nondum omnes fortuna antecellis. His adjecit complexum & oscula; natura, & consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis.* Ex quo apparet per accusationem eam nihil factum contumeliæ dignitati Hortorum: quorum cultus & magnificentia semper innocens est in viro primariæ inter optimates dignitatis, & apud Principem gratioſo; qui postea criminum aliorum suspicione laboravit. Eum enim fati sui duritas perſequebatur: quod ad rem nostram nihil pertinet. Sermo multus esse posset de immoderata cupiditate cæterorum, qui quærebant celebritatem nominis, per sumptus tam immanes, pro molitione Hortorum.

Ex quibus conſpicere licet, apud populum Romanum, non tam culti ruris venustatem, pomariorumque excellentiam quæſitam, quam villarum sumptum, & magnificentiam, in quibus ipsa ornamentorum confusio commendabat luxuriam. Quæ magnificentia, ut apud homines diffluentes luxu, & otio, non tam valere videbatur ad ruris decen-
tiam, quam ad opulentia & vanitatis ostentationem: in quo nihil erat dignum, quod cum admirabili Hortorum nostrorum amcenitate, & elegantia comparari debeat. Nec facit ad rem Phædrus,

quod libro quarto, fabella quarta, meminerit quorundam delicatorum Hortorum in domo polita & eleganti:

Domum politam, & delictos Hortulos.

Cum ex orationis universo contextu nihil colligi possit, quod persuadeat amœnitatem nostræ ætatis locum habuisse aliquem apud eam, qua scribebat.

Ex quibus duo confici possunt: alterum, Græcos, in Hortorum cultu, naturali pulchritudine ruris; Romanos vero superbis molitionibus, ædificiorumque magnificentia magis fuisse delectatos: alterum autem, apud utrumque populum veram germanamque Hortorum concinnitatem & decenciam vel neglectam esse, vel quod magis probabile est, prorsus ignoratam. Nos enim ad elegantiora pervenimus. Quamquam quæsitam à Latinis ruris amœnitatem indicet Martialis in describenda libro quinto ad Bassum Faustini villa, cujus rusticitatem insulsiatatemque ridet satis facete in hunc modum.

Bajana nostri villa, Basse, Faustini,

Non otiosis ordinata myrtetis,

Viduaque platano, tonsilique buxeto,

Ingrata lati spatia detinet campi:

Sed rure vero, barbaroque latatur.

Nullum autem elegantiae, quæ nunc est, in Hortis apud nos, per ætates deinde consequentes, apparet signum: adeo disciplinæ illius universæ videntur fuisse negligentes: de qua, ut justa fiat æstimatio rei totius, breviter jam, sed accurate,

con-

constituendum, quid præceptionis in se recipere possit: ut naturæ & arti, quibus duobus constat omnis agricultura Hortensis, suæ partes ex æquo imponantur.

Non mihi magnopere laborandum puto de præceptionibus hic fastidiosè congerendis, verbosaque propositi argumenti commendatione: in tanta præfertim multitudine scriptorum, per quos, partim patrio, partim peregrino sermone disputata est hæc materia: ut omittam veteres prope infinitos. Res enim nulla est, de qua, non modo nostro, sed etiam omni ætate superiori, tam abundanter & copiosè scriptum sit. Non possum tamen quin breviter admoneam, quæ debeant in universum observari à cultoribus, pro Horto diligenter & accurate præparando.

Prima prudentiæ pars est, loci ipsius, in quo constituendus Hortus, æstimare naturam, quod imprimis præcipit Plinius libro 17. Historiæ naturalis, capite secundo, *ad soli naturam, loci ingenium, & celi cujusque mores, dirigendam solertiam.* Quod in omni agricultura caput est præcipuum. *In natura enim, quemadmodum monet Plinius, colendi maxima portio est:* quod explicat pluribus in proœmio libri 14. unde, meo quidem iudicio, parum audiendus Scrofa apud Varronem, qui *terrae cælique vitium, domini scientia, & sumptu emendari posse* vult capite quarto libri primi de re rustica: vel benignam in partem accipiendus. Nam si natura non conspiret: quid ab arte, vel diligentia separari

CAP. VIII

Animad-
versiones
præcipua
in horto-
rum cultu-
ram uni-
versalem.

separari queat? Sunt tamen qui moliuntur id, ut naturam sua arte & industria superent: sed quam difficulter & operose interdum, & ut plurimum, quam parum feliciter, ipsi viderint. Quatuor vi-
 deo desiderari à Palladio, libro primo de re rustica, capite secundo, quibus bene colendi agri summa ratio contineatur, *aërem, terram, aquam, & industriam*: quod de natura & arte debet intelligi. De quibus exponam breviter quid statui debeat, ut certum esse possit, quid utrique parti, quid alterutri imputandum sit: dicam primo de natura, quo nomine perspicuum est, fiderum, ventorumque primum, tum soli ipsius rationem contineri universam.

CAP. IX,
*De natura
 conditione,
 pro consti-
 tutione
 Horti.*

De fideribus ac ventis, quibus naturæ prima præcipuaque pars constat, nihil habeo præcise, quod commendem. Tenendum illud quod pertinet ad omnem agriculturam: imperandum terræ; sed cælo, quod est supra deliberationes nostras, obsequendum. Quamquam suspicatur Tullius secundo de legibus, *terra cultum segniorem fore, si ad eam tuendam, ferroque subjiciendam, aliquid superstitionis accesserit*. Quod superstitionibus implicatæ mentes, ariolationibus misere obnoxix sint: per quas suus industriæ locus vix relinquitur. Id autem cautum fuerat longe prius à sapiente, his verbis: *Qui observat ventum, non seminat; & qui considerat nubes, numquam metet*. Quod tamen non sic est accipiendum, ut cæli ventorumque ratio nulla prorsus haberi debeat: in quibus vim agriculturæ

turæ propemodum præcipuam positam puto. Sed eam opinor esse loci hujus sententiam: qui de ventis & nubibus, quibus nihil est magis incertum, certus esse voluerit, laboraveritque nimis anxie, ut securitatem obtineat in ea parte, eum operam perditurum.

Existimo tamen ventorum vim omnem, quam Plinius libro 18. capite 32. putat *cælesti longe scrupulosiorem*, plurimum loci habere debere in agricultura: neque idcirco prorsus negligendam: sed cultores de Plinii sententia serio admonendos, ex libro 18. capite 24. *confutendum esse, cælo maxime constare agriculturam, Virgilio jubente prædisci ventos, ante omnia, moresque siderum.* In quorum præsentatione exploranda, exponendisque rerum futurarum significationibus, & cælo deprehendendo, non fuisset tam multus: si ad terræ cultum nihil interesse putavisset. Nihil enim est, quod tam accurate præcipiat libro primo Georgicon, ut ventorum aurarumque importunitati quam diligentissime caveatur. quod prius commendatum fuerat ab Arato.

————— ἐσκέψαιτο δ' εἰς ἐνιαυτὸν.

Ἀστέρας, οἷκε μάλιστα τετυγμένα σημαίνουσιν

Ἀνδράσιν ὠράων, ὃφρ' ἔμπεδα πανύτα φύονται.

Agricolam in omnem annum contemplari debere stellas, & quarum quæque tempestatum hominibus nuncia sint, ut omnis cultura rite procedat. Quasi nihil debeat succedere, si pars ea negligatur. Idem visum Columellæ in præfatione librorum de re rustica,

rustica, *cali & anni presentes mores intueri debere villicum*. Nam ut monet Theophrastus, ὅλως ἢ τῆ ἐπις κατὰσαις. Διχάρων γὰρ ὑδαίων, καὶ διδιών, καὶ χερμίωνων γνομένων, ἅπαντα δίφορα, καὶ πολίκαρπα, libro 8. cap. 8. Ut autem auctore Plinio, libri 19. proœmio, *non minus conferunt rura deprehendendo celo, quam sideralis scientia agro colendo*: diligens & accuratus sit, in patrio more retinendo, pro consulenda tempestatum opportunitate: usui & experientiæ, quæ constitit, ex longa observatione apud exercitatos agricolas, plurimum tribuat, ut tempora de cælo seruet: non id tamen, ut fit per simplices & imbecillos, qui vanis observationibus dediti, implicati que religionibus, omnia faciunt aniliter & superstitiose. Anni quatuor partes præcipuas, rationemque ventorum omnem, & singulas quasque tempestatum affectiones notet, & perdiscat: non ignoret Lunam, Solisque conversiones brumali solstitialique revocatione distinctas cognoscat, quibus, quoad poterit, culturæ suæ rationem accommodet: miser erit, & animi semper pendebit, si labore de cæteris. Quamquam non desint, teste Plinio, *qui calum terræ parere cogant, ut quæ in siccis serantur, orientem, ac septentriones spectent; quæ in humidis, meridiem*.

Altera naturæ pars in Horto præparando consideranda, postquam de cælo constiterit, pertinet ad ipsius telluris ingenium: cujus mores imprimis spectandos accurate præcipit Xenophon in œconomico, hunc in modum. Φασὶ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωρ-

γεωργίῳ, ἢ φύσιν χεῖραι πρῶτον τῆς γῆς εἰδέναι.
 ὅρθως γε ταῦτα λέγοντες. ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ὁ, τι δυνάται
 ἢ, γῆ φέρειν. οὐδ' ὁ, τι σπείρειν, οἶομαι οὐδ' ὁ, τι φυ-
 τεύειν δεῖ, εἰδεῖν ἂν. *Qui felicem agricolationi dare
 operam velit, huic ante omnia cognitam esse soli natu-
 ram ajunt oportere. Et scite quidem istud affirmant.
 Qui enim ignorat, quid ferre solum possit: is profecto,
 nec quæ sint mandanda semina, nec quæ ferenda stir-
 pes, intelliget. Idem monet Theophrastus libro
 octavo historiae plantarum capite 8. attendendum
 ad quid cujusque soli indoles apta sit. πρὸς ἀπερ-
 ἄφουης ἐκάστη γῆ. Idem præcipit Columella in præ-
 fatione: *Qui se, inquit, in hac scientia perfectum
 profiteri volet, exploratum habeat, quid cuique pla-
 gæ conveniat. quid repugnet.**

Longa est oratio, multa que vis rationum, qui-
 bus id persuaderi queat. Certum enim est, insitas à
 natura diversis regionibus diversas affectiones esse,
 unde tarditates, habilitatesque camporum existunt
 hæ, quas per sola terrarum diversa videre solemus.
 Eamque locorum differentiam diligenter obser-
 vet villicus, ne plus imponat agro quam admitte-
 re in se possit. Quamquam sunt nunc quidem,
 qui de soli conditione & naturæ minime sibi labo-
 randum putent: quod certis per artem periculi-
 tationibus, præmedicandæ telluris viam affecu-
 ti, eam ad omnia præparent. Sed sic existimo,
 vitia quæ proveniunt ex causis naturalibus, posse
 quidem corrigi tantisper: sed tolli prorsus non
 posse. Unde Plinius libro 17. postulat eos dementiæ
 manifestæ,

manifestæ, qui *terram terra emendari posse putant*: quod in angusto, tenuique fundo tolerabile videtur, in quo cultoris diligentia vincere poterit terræ infelicitatem: quamquam proditum à Plinio, in agro Syracusano cultorem advenam, elapidato agro perdidisse fruges luto. Adeo verum est, interesse plurimum, ut terra indolis suæ simplicitati relinquatur, cujus beneficio utendum: licet si segnis tarda que sit, cultu adjuvari possit; reprimi vero, si plus justo fertilis: quod pertinet ad alteram partem, quæ artis est & industriæ.

De terræ colore non putat laborandum Palladius libro primo de re rustica: *quod, inquit, bonitatis autor sit valde incertus*. Quamvis de Berytii sententia; terra nigricans sit omnium laudatissima: ἀρίστη γῆ, ἢ μελάγγεως, ὑπερβαίνουμένη ἄλλοις πασι: cui libro secundo γεωπονικῶν assentiuntur Anatolius & Diophanes. Sed feminum differentia, fundus, quoad fieri potest, est accommodandus. Hunc autem in terrarum delectu statuit ordinem Palladius libro primo. *Eligendus pinguis ac resolutus ager, qui minimum laborem postulat, & fructum maximum reddit*. Secundi meriti est spissus, qui labore quidem maximo, tamen ad vota respondet. Illud vero deterrimum genus est, quod erit siccum simul & spissum, macrum & frigidum, qui ager pestiferi more fugiendus.

Postquam constitutum erit de soli natura, de villæ ipsius, sive Horti positione deliberandum. Nam Varro cap. 4. libri primi monet, *per magni interesse, ubi*

ubi posita sint villa, & quo spectent. Existimat autem magnus ille arbiter ruris, villa positionem ad exortus æquinoctiales aprissimam, quod æstate umbram habeat, hyeme Solem. Horti vero positio omnium felicissima, ex Palladio, ea est, cui leniter inclinata planities, cursum aquæ fluentis per spatia discreta derivat. Hortus autem is, qui cælo clementi subiacet, & fontano humore percurritur, prope est ut liber sit, & nullam propemodum colendi disciplinam, vel levem admodum requirat. Quapropter optandus terrarum situs is, qui neque ita planus sit, ut restagnet; neque ita præruptus, ut diffluat; neque sic obrutus, ut in depressissimas valles subsidat; neque tam arduus, ut excelsitate sua immodice pateat caloribus, tempestatibusque violentis. Sed vel campus apertior, qui humorem pluvium fallente clivo subducatur; vel collis, per latera molliter inclinata deductus. Certum enim est, modice depressos, jacentesque clivos, arboribus fructiferis esse longe commodiores. Nam tales requirit Didymus libro secundo γεωπονικῶν. οἱ τόποι οἱ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνακεκλιμένοι, καὶ πρὸς Βορρῆαν ἢ νότον. loca in montibus declivia, & versa ad Boream.

Mea autem sic est opinio: ubi cæli salubritatem, ubertatemque soli nactus eris, quæ duo requirit in primis Cato, de situ plano, vel pendenti, de terrarum æquo vel iniquo tractu, non magno opere laborandum: eam vero villæ, Hortorumve positionem omnium esse laudatissimam, quæ uberiori fundo, cæloque salubriori, camporum pro

spectum adjungat patientiorem, quod ruri super omnia commendatur, ut innuit Horatius.

Laudaturque domus, longos quæ prospicit agros.
Negat autem Fundanius apud Varronem Hortum à domo removeri debere: quod terram, propter ædificia, putet esse longe fructuosiore.

Cum autem temporum nostrorum disciplina traduxerit omnem ruris cultum, ad simplicem munditiam & amœnitatem: *optimum erit*, quemadmodum præcipit Plinius, libro 18. capite 5. *pro parando fundo, aliena insania frui: sed ita tamen, ut villa tutela non sit oneri*: qualem describit Martialis libro sexto ad Castricum.

Et casa jugeribus non onerosa suis.

Ipsa vero Horti descriptio accomodanda ad uniuscujusque fortunam: in qua, sicut in cæteris, habenda ratio dignitatis primum, tum commoditatis. Cavendum itaque, ne loci conditionem superet fortunæ magnificentia: nihil enim est magis odiosum, quam si modus in ea re non fervetur, præsertim per hoc tempus, quo judiciorum contra publicanos constitutorum severitate luxus emendari cœpit. Nam ad erubescenda veniebamus, nisi per legum providentiam cautum esset. *Ædificium*, inquit Palladius libro 1. *pro agri merito, oportet institui: quod plerumque immodice sumptum difficilius est sustinere, quam condere.*

Hortorum ergo laxitas respondeat fortunæ, cujus modus omnis ab usu communi civitatis petendus erit. Ut vero nihil videtur tam populare, quam
si sumptuo-

si sumptuosi Horti populo pateat liber aditus: quemadmodum nuper vidimus Gastonem Aurelium Regis patrum, per Hortum suum in ædibus Lucemburgicis, apud omnes ordines factum gratiosorem: non alienum videbitur à dignitate patriciorum, si sumptibus his quærere velint opinionem liberalitatis & magnificentiæ: modo nihil odiosum sit in eorum fortuna, quæ nisi libera sit à suspicione criminis, populo & multitudini movebit invidiam & indignationem.

Qui vero studiosi sunt otii, rerumque tranquil- larum: Hortos habeant eos, qui coli possint multo magis assiduitate & diligentia, quam pompa atque luxu. Nam ut habet Palladius libro primo, *fœcundior est culta exiguitas, quam magnitudo neglecta.* Ut enim tempora in civitate sunt maledicentissima, non ita facile est vitare sermones vulgi, & fabulam: quod honestissimo cuique per modestiam, parsi- moniamque, in ea parte sedulo vitari debet.

Cum vero, quod est naturale, pro recta Horti constitutione provisum erit: quantum pro rerum necessitate fieri poterit, quærendum est artis & disciplinæ subsidium, cujus beneficio natura vel adjuvari si per se bona sit; vel, si deterior, emen- dari queat. Quamquam sibi subvenire interdum ipsa per se natura solet, cujus insito vigori, nulla propemodum tarditas afferre potest fastidium. Sed identidem juvari debet per cultoris artem & industriam: cujus partes præcipuæ sunt, plantatio, cultura, insitio, putatio, & irrigatio:

CAP. X.

De artis
& indus-
triae ratio-
ne, pro ju-
sta infor-
matione
horti, &
de parti-
bus artis.

quæ pertinent ad curam navi & diligentis villici. In iis autem quæ spectant ad terræ cultum, Palladius libro primo desiderat *officia inventum & imperia seniorum*. Decernant hi, quos observationum diuturna series fecit in omni consideratione naturæ peritiores, quatenus cælo ventisque credi oporteat, & quem in modum terra quælibet debeat tractari: illorum vero partes erunt, eam afferre diligentiam, quæ necessaria erit, ut rite ferventur ea, quæ per fenes mandabuntur.

De Plantatione.

Pro florum, fruticum, arborumve plantatione, fervetur situs regionis: plantandi tempus, secundum cæli solique naturam notetur. Omnia quæ feruntur, crescente Luna, diebusque tepidis ferenda sunt. Nam quæ cogit, densat, & includit frigus, educit tepor & evocat. Quo planta vero robustior est, eo scrobem, cum terræ committitur, requirit altiore. Omnem cæli statum pati possunt malus & pyrus: sed tepidior magis utraque delectatur, soloque pinguiore. Seminarium in solo mediocri impune potest institui, ut in terram meliorem fata minori negotio transferri possint: plantarum enim earum, quæ transferuntur, poma sunt longe generosiora, laudatioraque. Licet autem peracerbi fructus omnes mitigentur cultu, nunquam tamen plus veræ & sinceræ benignitatis accipiunt, quam si transferantur in terram mitiorem. Nam ut est jam pridem observatum, à Plinio libro 17. cap. 10. *Arborum, ut hominum, natura, novitatis & peregrinationis avida est, & ipse transitus mirum*

*mirum in modum fructus mitigat etiam silvestres :
at convenit nutricem indulgentiorem esse quam ma-
trem. Quod præcipit Columella libro tertio ca-
pite 8. Prudentis, inquit, coloni est, ex deteriore
terra potius in meliorem, quam ex meliore in dete-
riorem transferre.*

Video autem Virgilium de situ plantæ ipsius,
cum transfertur, laborari velle, libro secundo
Georgicon.

*Ut quo quaque modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, qua terga obverterit axi,
Restituant.*

Idem observari vult Theophrastus lib. 2. histo-
riæ cap. 7. Ἡ ἴσιν ὡς περ εἶχεν ἕνια τῶν δένδρων, τὰ
πρὸς βορρᾶν, καὶ τὰ πρὸς ἑω, καὶ τὰ πρὸς μεση-
μβριᾶ. Observandum situm quem arbores habe-
bant, aut ad aquilonem, aut ad orientem, aut ad
meridiem. Quam doctrinam non censet Plinius
libro 17. capite 11. admodum necessariam. Non
enim existimat fieri posse, ut id esset omissum à
Catone, si ad rem attinere putavisset : fatetur ta-
men, cavere demum id plerosque, ut plaga deputati
cacuminis meridiem spectet, quod pertinere videtur
ad insitionem.

Cum mitigato solo, probatæ compertæque in-
dolis plantam commiseris, attendere debes ad
peculiarem ejus affectionem, cui diligenter & stu-
diose obsequendum. Nam ut notat Paxamus libro
γεωπονικῶν decimo, ἐκάσω τῶν δένδρων ἰδιάζουσά τις

De Cul-
stone,

ἀρμότις κεχωρισμένη φεραπεία. *Unicuique planta quaedam propria & peculiaris cultio conveniens est.* In quo autem posita sit summa vis cultionis illius, explicat Palladius, cum circumfodi identidem arbores, adjuvarique fimo, liberari impedimentis herbarum noxiarum, & brevissimis frequentissimisque terræ fossionibus sedulo sollicitari vult. Nam per cultionem assiduam & diligentem, solum quodlibet, etiam stirpium quarumvis asperitate efferatum, mitigari putat: in quo consentire videtur cum Theophrasto qui lib. 3. c. 3. de plantis, existimat omne solum & fieri deterius per negligentiam, & melius per curam & cultionis assiduitatem. ἐξαμελοῦ μῆλον ἄπανυ, χεῖρον γίνεται φεραπώμελον δὲ ἄπανυ, βέλλιον. Quamquam in plantis, ut in animalibus, quasdam esse velit silvestres penitus atque feras, quæ recusent per se mitigari: contra Hipponem, qui cultu plantas etiam immansuetiores mansue fieri posse existimabat. Τὸ γὰρ μὴ προσδεχόμενον ἡμέρωσιν, ὡσπερ ἐν τοῖς ζῴοις, τὸ γὰρ ἀρχιον τῆ φύσι. *Quod non suscipit in se cultum, illud quemadmodum in animalibus, natura ferum est.* Quantum vero diligens cultus necessarius sit ad Hortorum tuendam dignitatem, patere poterit ex eo, quod ejus negligentia summam ruris faciat ignominiam: & Virgilius præcipiat laudari ingentia rura, coli melius exigua.

Laudato ingentia rura,

Exiguum colito.

*De insitio-
ne.*

Cultionem excipere suo tempore debet insitio
per

per quam, ut monet Plinius libro 17. capite decimo *omnia tarda proventu, ac degenerantia, restituenda sunt.* De infitionis vero ratione videri debet primum, quæ naturalis fit arborum societas. Quædam enim per se sunt infociabiles, gaudentque solitudine, ut Cupressus, Pinus, Larix, & complures aliæ, quæ diffisso sponte libro aut ligno duriore fœdus recusant: *repudiat quippe advenam inhospitalis duritia,* ut monet Plinius libro 17. Sed opinor nullas inferi melius, quam quæ plus habent germanitatis inter se: quod naturale fit societatis vinculum, illudque omnium arctissimum, germanitas. Neque enim plantas omnes recte commisceri posse puto: contra quam placitum est Palladio, qui confundit species, ultra quam communis infitionis ratio recipiat: conjectura ductus, opinor, magis quam usu, & experientia. Cui tamen assentitur Plinius cum tantopere laudat Virgilium, quod *ipsitam nuci arbutum, malo platanum, ceraso ulmum inferi posse existimaret.* Non enim, ut observatum à Varrone, *pyrum recipit quercus, nec ficus oleam, aut olea vitem.* Sunt enim quædam plantarum naturales inimicitiaæ atque similitates, quæ reconciliari nunquam possunt. In omni vero infito, de Palladii admonitione, semper furculi convenientes arboris soliditati includendi sunt: per commissuras imprimendus furculus: truncus vero quo recipitur, bifurcus, trifurcusve interdum esse potest, quamquam cæduntur ut plurimum rami omnes, solo capite relicto.

De causis infitionis adeundus Theophrastus, qui

feras arbores societate mansuetiorum per quandam quasi disciplinam mitigari vult, libro tertio capite 23. de plantis. ἐξ ὀξέων καὶ πικρῶν, γλυκέα γίνεσθαι, *ex tristibus & acerbis dulces fieri fructus.* Et libro secundo. εἰ τῆ θέρῃ πείρα δυνάσται μεταβάλλειν. *si cultu mutari possint.* Quod Plinius in prooemio libri 16. fusius explicat in hunc modum. *Pomifera arbores, quæque mitioribus succis, voluptatem prima cibus attulerunt, sive ab homine didicere blandos sapes adoptione & connubio.* Mox deducta res ad luxum, inquit, libro 17. *arborumque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur.*

Non dicam singillatim de singulis generibus infusionum, quæ fieri solent per ἐνοφθαλμισμοῖς, ἐμφυτείας, ἐγκνελισμοῖς, ἐμβολαῖς, ἐμφυλλισμοῖς, de quibus consulendi sunt Florentinus, Diophanes, Didymus libro decimo γεωπονικῶν. Nec cæteras ligni corticisve fissiones, quæ sunt obviæ unicuique, percurram oratione longiori: complexus enim est præcipuas Palladius in suo carmine.

*Nam, quæcumque virens alienis frondibus arbor
Comitur, his discit credita ferre modis;
Aut nova discreto finguntur germina libro;
Aut aliud summo robore fissa capit;
Aut virides oculos extremi gemma tumoris
Accipit, & lento stringitur uda sinu.*

Quæ pluribus exponit eo in loco. Sed per diversas artis periclitaciones, & rerum experimenta, eo
pro-

progressa est ætas nostra : ut omnem in ea parte naturæ vim & capacitatem affecuta sit. Nihil enim postremis temporibus, quibus celebrari cœpit ars ista, prætermisit fructuum, pomorumque confundendorum insania, per varias insitionum species, quibus longinquitas temporum, experimentorumque diversitas : attulit eam perfectionem, quæ nunc est. Unde satis dici nou potest, qua commendatione digna sit hæc disciplina, per quam didicimus provocare naturam, efferatasque & agrestes plantas, per societatis beneficium, mitigare. Cæli autem solique conditiones variæ, in periclitandis, experiendisque plantarum societatibus, fœderibusque diversis, admonere poterunt, quæ cuique fundo insitionis species magis conveniens erit.

Huic autem disciplinæ plurimum attulit adjuvanti palatio, quod est inventum nostræ ætatis, de qua dicendum pluribus suo loco, cum de pomario præcipiendum erit. Nunc de putatione, in qua præcipuum est industriæ & artis istius momentum, paucis agendum.

De putatione.

Ut plantæ prima inclinatio est, propagatio sui, per putationem sedulo liberari debet ab impedimentis omnibus, quo se vegetam præbeat, & alacrem ad fœtum, qui per se non pertinet ad fructum, sed ad fruticationem, quam in ipsa vegetatione, per propagationem ligni, primum intendit natura. Fructus enim deficientis naturæ partus est, fruticatio vero, valentis & vegetæ. Quapropter ut fructui consulatur, reprimenda est accurate

ramorum luxuries: quidquid enim ligno adimitur, fructus graviditati & copiæ conceditur: ut nude factis declarat Plinius. *Inhibenda semper, inquit, fecunditas, quia quidquid materiæ adimitur, fructui accedit.* Ex quo fit, ut plantæ ramosiori, fructus contingant exiliores. Idcirco perniciosæ virgultorum luxurie ferro inclementer occurrendum: sed ita tamen, ut parcatur primæ germinationi, ne incitante se fucco, dum per vegetationem patet exitus liber laxato meatui, fiant vastiores rami, lignique fatus numerosiores. Nam si copiosiore ligno silvescat arbor, nimiaque fundatur in omnes partes, brevi laborabit obesitate: ipsaque se obruet fecunditas, quod contingere solet arboribus imputatis. Unde perspicuum est, summam culturæ istius, recta putatione contineri; de qua satis accurate præcipi non potest; cum per eam non modo planta informetur ad nutum cultoris: verum etiam quandam quasi fecunditatis disciplinam accipiat, unde consequatur copia fructus multo laudatoris.

Rectæ autem putationis modus, optimus est, si fiat inter duas gemmas, plagam obliquam accipiat ramus, deputatum cacumen meridiem spectet, & per suum tempus cędatur arbor. Putationis autem legitimæ tempestas optima est, mense Martio, quo tempore germen desinit facere suspensionem sui: nam, inquit Palladius libro quarto, non prius desinit esse suspecta germinatio. Seram vero putationem sequitur ubertas fructuum, citiorem ligni copia. Existimat Leontinus fieri debere putationem, quam

confundit cum arborum purgatione, μὲν τὴν καρπο-
 λογίαν, quod fuse docet γεωπονικῶν libro deo, *de*
 in quo paucos habet, opinor, sectatores. Breviori-
 ne autem, an longiori modo ramus putari debeat,
 video controversiam inter peritos. Certe nolim
 ipse cædi arborem flagellis oblongioribus, unde
 plures emineant oculi, ne germinationis multitu-
 dini impar sit natura. Quapropter erit sapientis pu-
 tatoris, æstimare vim rami cujuslibet: nam fortiori
 plus muneris & materiæ videtur imponendum,
 quam debiliori. Modus vero putandi omnium
 rectissimus est, juxta ipsam commissuram rami
 superioris, unam vel duas gemmas relinquere. Ad-
 monet autem Leontinus, per putationem *plantam*
informari debere, cum mollis est & tenera. χημα-
 πίεση τὸ φυτὸν, ἐφάπαλον ὄν. Quo tempore fre-
 quentari, fingique debet sarculo putatorio, ut
 formam accipiat eam, quæ de cultoris arbitrio,
 pro conditione loci, imprimenda erit. Nam per
 putationem sic mos imponitur vegetationi, ut se
 fundat arbor ad sui cultoris arbitrium, partesque
 impositas imperatæ fructuum vel graviditatis, vel
 copię per sese ultro suscipiat. Quamobrem non
 sine causa boni ruri æstimatores, in recta putatione,
 præcipuum cultionis arborum momentum consti-
 tuendum putant; quæ si fiat ex præscriptione
 artis, cultoris expectationem superabit ubertas.
 Certe nihil video peræque commendari à Theo-
 phraστο, qui sic libro tertio πρὸς φυτῶν.
 πρῶτον μὲν καὶ μέγιστον ἐστὶν ἡ κλάσις. pri-
 mas

mas partes & præcipuas habet putatio.

*De irriga-
tione.*

Restat de irrigatione, per quam cæli terræque siccitati subveniendum suo tempore: quod monet non semel Palladius, *regionis siccitas adjuvetur aquationibus*: ut vigeat vegetatio quæ delectatur humore, qui plantæ fossionibus & rigationibus crebris conciliandus. Maxime vero flores teneri, si cælum abstineat ab imbribus, crebrius irrigari debent, ni fortasse succurrat perennitas rivi vicinioris, qui si desit, vel petendus fons ex alto, vel puteus imprimendus, vel comparanda cisterna, ut de cæli beneficio collecto vis aquæ fortuitæ, necessitati subveniat. *Si hac omni facultate carueris*, inquit Palladius libro primo, *semper altius tribus, vel quatuor pedibus, ad pastini similitudinem fodies Hortulum, qui sic cultus negligat siccitates.* At quis languor, quæ ignominia Hortorum eorum, quibus aquæ jugis gratia defuerit? nihil enim miserabilius eo rure, quod ea parte careat, quæ ruris anima sit, de qua magis convenienter dici poterit suo loco. *Tempus rigandi*, inquit Plinius, *matutinum atque vesperum ne inferuescat aqua Sole.* Monet autem Alcæus apud Athenæum, *tempus anni esse difficile, cum omnia sitiunt præ nimio aestu. α δ' ὡρα χαλεπὰ, παντα δὲ διψᾷ ἐπὶ καύμαλ.*

CAP. XI, Et hæc sunt, quæ pertinent ad naturam, & De quadripartita Horti distributione. *artem culturæ Hortensis, de quibus dicere proposueram: nunc vero dicendum de singulis Horti partibus, ut sua constet utilitas præceptis universalibus,*

salibus, ex consideratione partium singularum, quas, pro tuenda carminis instituti iusta partitione, quatuor esse constituo, flores, silvam, fontes, & pomarium. Qua distributione partium, pro recta Horti constitutione, statuo non modo perfectiorem unquam fuisse nullum; sed ne posse quidem in posterum excogitari perfectiorem. Sic enim per eam, omnia temperata sunt varietate & elegantia, ut ad convenientiam ruris, Hortorumque pulchritudinem nihil præterea desiderari posse videatur: cum natura ipsa, ratioque complexionis hujus, pulchritudinem venustatemque ab oculis ad animum transferens, in ea admirabili specie & forma sic acquiescat, ut nihil præterea desideret, nihilque sit eorum quæ sentiuntur aspectu, quorum descriptio speciem oculis intuentium exhibeat amœniorem. Nam olera, herbæque simplices nihil faciunt ad eam Hortorum decentiam quam quærimus. Quapropter iis prætermisissis, ne pateat latius oratio, quam mihi concessum est à curiosis & elegantibus: summam amœnitatis illius, quæ existit è re Hortensi, revocabo ad memoratam quatuor partium enumerationem, & dicam singillatim de singulis.

Horti pars anterior, sit areæ floriferæ descriptio, quæ debet esse in ipso domus prospectu, ex sententia Cassiani Bassi in γεωπονικῶν libris: κῆπον κατασκευά-
 σιον, μὴ πρὸς τῶν οἰκῶν, ἐν τῷ πλησίον. ὡς τε καὶ τῷ
 ἀπὸ θεᾶς πετρέχον τέρεψιν, καὶ ἀπὸ τῆς ἀπνοίας. *Prepara-*
randus Hortus non longe ab ædibus, in propinquo ut CAP. XII.
De floribus
S
areæ floriferæ de-
scriptione
universa.

ab

ab aspectu, & ab odore ac fragrantia voluptatem afferat. Quare conferenda buxo, destinata pars floribus recipiendis, & pro loci conditione figuranda pulvillis & areolis, locusque præparandus, qui nec parietum angustia, nec arborum opacitate presse nimis includatur: omnia libera sint & patentia, ubi flores confiti sunt, qui solent aperto cælo, locisque patentibus hilarari non mediocriter. Planities ipsa justa & æquabilis, quæ nihil habeat emittens, aut lacunosum. Floribus autem in ordinem suum digerendis, figurandisque buxi textibus modi sunt innumerabiles. Eam enim decentiam convenientiamque partium, per homines nostros affecta est ars topiaria, cui nihil desit ad summam pulchritudinem. In quo cœpimus esse longe superiores majoribus nostris, quorum Horti in areolarum suarum descriptionibus nihil habebant artis illius & decentiæ, quæ nunc est. Nulla enim textilis operis est elegantia, nulla figurarum varietas, nulla textuum excellentia, quam non exprimat & imitetur per buxum topiaria, cujus arte & solertia jam delicatissimi componuntur Horti, & formæ quam emendatissimæ. Certe quantum spectat ad concinnitatis illius admirabilem texturam, qua fiunt hodie descriptiones arearum floriferarum, nil par tulit omnis ætas superior.

De floribus non est satis in promptu quid dicam: *rum quod nulli super ea re potest esse facilius loqui, ut testatur Plinius libro 21. capite primo, quam ipsi rerum naturæ pingere, lascivienti præsertim, & in*

in magno gaudio fertilitatis ludenti: tum quod ita copiose & diligenter disputatum sit de illis, per tam multos. Cum tamen mihi propositum sit ab initio ostendere, quantum omnis anteaeta ætas in Hortorum descriptione universa concedat nostræ: non possum quin breviter admoneam, quod non tam iuste fuerat observatum olim à Plinio, communicato per commercium navigationis orbe terrarum, florum, fructuumque externorum vim summam additam ruri nostro, qui ne vel noti quidem erant majoribus, nosque illis in eo longe esse copiosiores.

Describit Ferrarius in suis Hortis ascitiorum ex orbe terrarum ultimo florum multitudinem bene magnam, oratione exquisita & eleganti, qui super ea re adeundus curiosis. De ipso florum cultu, qui per se facilis est, & obvius unicuique, non congeram præceptorum infinitorum multitudinem non necessariam: quod illorum culturæ par eademque ratio sit, quæ plantatione, cultu, & irrigatione continuetur omnis. Nam infitio certarum est non omnium. Culturæ autem istius summa vis in eo videtur esse posita, ut unicuique flori designetur solum conveniens. Mediocre magis est accommodatum Horto florifero: flores enim primarii, quales sunt Tulipa, Corona imperialis, Anemona, Narcissus, Hyacinthus, Rosa, solum amant tenue, quod neque per densitatem nimiam excludat irrigationis beneficium, neque per nimiam raritatem illud non excipiat. Eo accedit quod plantæ lasciviant in solo pinguiori, ipsosque flores
her-

herbescentis luxurie obefitas obruat. Quapropter foli lascivientis ubertas aspergi debet arena, ut ejus emendetur felicitas. Colores autem floribus inducere alios, novosque mentiri, ætatis nostræ, vel certe superioris inventum est; quæ deliciarum omnium ad Hortorum decus pertinentium novitate & solertia, supra quam dici potest, ab aliquot annis nobilitari cœpit.

CAP. XIII
De Ne-
more.

In justa Horti descriptione, partes secundas nemus habere debet. Ut enim tuendæ contra ferociam ventorum domui, ornandoque Horto anteriori, per se idoneum est: Horti domusque vicinitatem, non sine causa sequi debet: à quo plurimum amœnitatis ipsi villæ accesserit, si partim textus honestate & decentia, partim spatiorum immensitate, partim etiam arborum ordine diligenti & accurato, fundatur per Hortum universum. Quod ornamentum ruris esse antiquissimum, accepimus à Salomone. Et proditum à Tullio, primo libro de Legibus, Platonem cum Clinia & Lacedæmonio Megillo, *in cupressetis Gnossiorum, spatiisque sylvestribus, de rerum publicarum institutis, & optimis legibus disputare solitum.* Video apud eundem Tullium multis in locis sylvarum amœnitatem, inter ornamenta ruris, super omnia commendari: & si Plinio fides habeatur, fiebant olim sumptus in ea re tam magni, ut pro umbra inducenda Hortis, *arbores bello, armisque quasitas* libro 12. capite secundo memoret. Sylvarum solitudinem & amabilem secessum laudat imprimis Tacitus in Dialogo,

Dialogo,

Dialogo. *Nemora vero, inquit, & luci tantam mihi afferunt voluptatem, ut inter præcipuos carminum fructus numerem, quod nec in strepitu, nec inter sordes & lacrymas rerum componuntur, sed secedit animus loca pura atque innocentia, fruiturque sedibus sacris.* Virgilius autem sic commendat sylvas in Eclogis, ut eas urbibus anteponeudas putet.

— *Pallas quas condidit arces*

Ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylva.

Per antiquos autem Gallorum Sacerdotes, qui Druides appellabantur, lucos & sylvas frequentari solitas, multoque in honore haberi memorant prisci rerum nostrarum scriptores. Cum vero umbrosiores luci, quandã quasi majestatem haberent accommodatam religioni, primis temporibus, ut testis est Plinius, lib. 12. cap. primo, *arbores fuere Numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.* Affirmatque, sua ætate *non tam auro fulgentia, atque ebore simulacra, quam lucos, & in iis ipsa silentia adorari.* Digna enim semper visa est cultu, hæc umbrarum horrens & aspectabilis species, cujus majestate & silentio quidam quasi religionis sensus conciliatur. Quæ causa est, opinor, cur tanta vis sit opacitatis nemorum, umbrosique ruris ad amœnitatem, sine qua languoris omnia plenissima videbuntur. Et quamvis fortasse caruerit antiquitas hac elegantia, vel certe minus artis in ea parte adhibuerit: video tamen fieri mentionem apud Tullium cujusdam descriptionis fruticum & virgultorum, quæ respondere videatur illi consertorum

N

inter

inter se nemorum perpetuitati, quæ sic hodie laudatur apud nos. Ita ille libro 15. epistolarum ad Atticum: *Tamen hæc ἐπιπορευεῖσθαι ripula videtur habitura celerem satietatem.* Et Augusti temporibus tondendorum ad normam nemorum artem inventam primum per Cneium Matium ex equestri ordine spectatæ dignitatis virum, eundemque Cæsari familiarem & peramicum, meminit Plinius libro 12. capite secundo: cum antea arborum proceritate & opacitate sylvarum, spatiorum ordinibus, discriminibusque perplexis, nemorum pulchritudo omnis contineri putaretur.

Sed dici satis non potest, quanta cultus & artificii facta sit accessio huic Hortorum ornamento, postremis hisce temporibus, quibus omnia, quæ pertinent ad eam partem, facta sunt longe elegantiora. Cum non modo luci grandes proportionem designationeque spatiorum tam iusta conferantur, ut nihil non inter se consentiat: sed etiam viridicatorum nemorum concinnitate, fruticum ascititorum cultu non indecenti, Hortos ornet & induat solertia villicorum. Quid enim lætius pulcriusque phyllirea, & gelsemino? quorum pereleganti textu circumvestiuntur Horti secundum muros omnes, bellius longe multo quam hedera, qua nihil honestius habuit antiquitas, pro vestitu parietum, unde ruri pararet ornatum, ut satis ostendit Tullius litteris ad Q. fratrem: *Topiarium laudavi, ita omnia convestiit hedera, qua basim, qua intercolumnia ambulationis.* Quæ delitiæ vix tolerabiles viderentur delicato fastidio nostræ ætatis,

tis, quæ in hoc genere ornamentorum super omnia dignitatis amans est & munditiæ. Nihil enim textibus iis, qui Hortorum parietibus adhibentur, & viridicati nemoris universa ratione amœnitas est: & ne qua pars esset in Hortis, quæ vacaret ornamentis, invenimus artem vestiendorum parietum, quorum nuditas declarat inopiam majorum nostrorum in hac parte. Quantam autem dignitatem virides vestitus ii parietum afferant ruri universo, non est necesse dicere pluribus.

De molliori vero teneriorique nemore, quod carpino, citriis, myrtis, lauro, dumis, cupressisque tonsilibus continetur, nihil attinet hic præcipere: cum res sit ipsa per se proclivis, postquam præsertim referre cœpimus omnia ad simplicem munditiam, quæ complectitur summum decus istius partis, Quare nihil præterea præcipiam pro nemoris informandi disciplina, nisi ut lucis grandibus, sylvisque proceris, vestitus arborum quam opacissimi, quam rectissimis ordinibus; nemori vero minori, munditiæ quam maxime puræ ac simplices induci possint.

Inter Deos autem utiles ruri, implorat aquam CAP. XIV.
 Marcus Terentius Varro libro primo de re rustica, *De Aquis*
 capite primo. *Etiam, inquit, precor lympham, quo-* *Fontibus.*
nam sine aqua omnis misera est agricultura. Quæ
 pars, Hortorum tertium locum obtinere debet in
 iusta ruris descriptione: quod ornamentum perve-
 nit ad summam perfectionem villicorum nostro-
 rum industria: & si comparatio fiat in ea parte no-
 stræ ætatis cum superioribus, non erit locus justæ

contentioni. Sic enim aquarum copia, & ubertate, perennitate fontium, rivorum flexionibus, inerrationibusque scatebrarum è terra erumpentium, impetu lapsuque præcipitatorum ex alto torrentium in substratos filices, omnia composita, digestaque sunt ad voluptatem: ut non videam, quid jam ad hanc partem cultus & venustatis accedere possit. Quamvis autem extent vestigia salientium aquarum apud prios, ut perspicuum est ex libro tertio epistolarum ad Quintum fratrem, ubi ostendit eum *villam mirifica suavitate habiturum, salientibus additis*; quamvis apud Senecam libro 13. epistolarum, de villa Scipionis Africani, mentio sit *aquarum cum fragore labentium*; & Plinius Secundus libro tertio epistolarum memoret amœnitatem & utilitatem aquæ salientis: quid illa tamen ad elegantiam, & delicias fontium nostrorum, quos sub disciplinam ita perduxit artis industria, ut præcipuum jam caput sit, in quo luxuria quærat hodie ostentationem.

Ut autem rivorum inductionibus, deductionibusque, non amœnitas modo ruri conciliatur, sed etiam fœcunditas: non potest quin miserabilem in modum langueat omne rus, si aqua destituatur. Nam scitum illud Theophrasti lib. tertio: *Ἐὶ φύτων: εἶοικε δὲ ἢ μὲν τῶν ποταμῶν ἔφοδος ἐπάγειν σπέρματα καὶ καρπούς. aquarum deductio solet vim addere satis & fructibus*. Idem monet Plinius ad Apollinarem de suo Horto, libro quinto epistolarum: *præta, herba, cuncta perennibus rivis nutriuntur*. Quæ causa est, cur Aristoteles libro tertio de ani-

malibus, præcipiat rivorum deductiones fieri de fonte præcipuo, quæ fundant se, commeentque per omnem Hortum: ἐν τοῖς κήποις αἱ ὑδρογωγαὶ κατασπιδάζονται ἀπὸ μιᾶς πηγῆς εἰς πολλοὺς ὄχετους. *In Hortis aquarum ductus comparentur ab uno fonte in rivos complures.* A qua enim plantis omnibus vim affert, & incrementū, ut monet Cassianus Bassus γεωπονικῶν lib. II. c. 2. ὕδωρ μείζονα τὰ λάχαρα ποιῆσθ.

Nihil proinde video peræque commendari à Seneca; magno deliciarum istarum æstimate, & arbitro: quam ut in villarum Hortorumque constitutione, aquarum fontiumque opportunitati serviat. *Nullus erit lacus, inquit, cui non villarum vestrarum fastigia immineant; nullum flumen, cui non ripas pratexant adificia vestra; ubicumque scatebunt vena, ibi nova diversoria luxuria excitabuntur.* Idem præcipiebat Iliados Φ. Homerus.

— Ἀνὴρ ὄχετηγὸς ἀπὸ κελύφης μελανύδρου
 Ἀμφυτὰ, καὶ κήποις, ὑδάτων ῥέον ἠγέμονός τει.

— *Vir ductor aquæ, de fonte profundo,
 Per virides Hortos, latices deducit aquarum.*

At res non eget testimonio locupletiori, quam usus ipse communis fatis per se declarat. Si non sit fontis copia, Martialis ad Cæsarem Domitianum, libro nono Epigrammatum, ad antliæ subsidium recurrendum monet.

— *De valle brevi, quas det sitientibus Hortis,
 Curta laboratas antlia tollat aquas.*

Idcirco Diophanes bene fortunatum censet eum, qui nactus sit aquam de fonte proximo; alioquin

colligendus imber. Ita ille secundo γεωπονικῶν.
 δὲ τυχεῖς σφόδρα πὸ ἔχειν ἀπὸ πηγῆς ὕδαρ. εἰ δὲ
 μὴ, τὰ ὄμβρια, σπαγέθω. Quod utrumque si
 desit, nec longe perquisiti fontes adduci possint,
 Palladius vult puteos in solum imprimi: & nullus
 erit, qui putet Hortum tolerabilem sine fonte parari
 posse, nisi qui valde bene ineptus esse non recuset.
 De aquarum vero peruestigatione video nonnullos
 hac ætate qui venditant industriam suam locupletibus
 & pecuniosis; de cæteris non laborant. Ipsi
 viderint, quibus sumptus in ea parte faciendi erunt,
 ne per istos aquarios circulatores deludi se sinant,
 dum Hortorum suorum, præ quam res patitur, student
 elegantia. Satis historiarum tulit ætas nostra,
 in ea materia. Vix enim dici potest quam multos vi-
 derimus, qui per socordem immodestiam, contra
 quam ferebant eorum facultates, pro deducendis
 aquis fundos suos exhauserint. Sed odiosa est oratio,
 exostulatio omnis. Ne perdant operam aquarum
 quæsitores accurati, Paxamum & Democritum
 consulant περὶ ὕδροςφαντικῆς, καὶ ὕδρομασθληκῆς,
 libro secundo γεωπονικῶν capite quarto & sequenti.

In aquis quatuor sunt, quæ requiri debere putem,
 copiam, salubritatem, perspicuitatem, & perennita-
 tem: quæ naturæ dona sunt. Copiam, & perennitatē
 facit regionis felicitas; salubritatē, & perspicuitatem,
 soli ingenium. Copiosa censebitur, si ruris indigentia
 sufficiat; perennis, si non intermittat cursum; salubris,
 si nullo sapore vel odore; perspicua, si nullo colore
 inficiatur. Cætera sunt artis: ut esse solent concursa-
 tiones,

tiones, confusionesq; aquarum mutuæ; rivis influentibus, effluentibusque additæ de industria cunctationes, præcipitationesque; acti tortique in altum, variis figuris, fontium jactus; antra rorantia scatebris artificiosus, & saliētibus; fracti per gradus latices, aquarum magni lapsus in abruptos filices, & lusus omnes, quos induxit in fontes luxus privatorum, quos prætermitto. Longum enim esset dicere, quo processerit artificium in ea parte.

Si non desit perspicuitas, liquorq; pellucidis fontium, qui locum det intuēdæ, observandæq; piscium per aquas ludentium lasciviæ, plurimum conferet spectaculo & voluptati. Omnis autem aquarum disciplina, ut rem complectar paucis, totamq; artem eam conferam in verba quam paucissima, posita est in reperiendo fonte primum, tum deducendo, quo vocet loci conditio, deinde digerendo in rivos, librandq; quæ fuscè disputata sunt libro tertio Hortorum.

Ultima pars est de Pomario, quod, ut amat applicari muris, amandari se sinit ad Horti partes remotiores, & priorem locum cedit partibus ceteris. Ita fit autem, ut amœnitati voluptatiq; priores partes dentur apud Hortos elegantiores, quam utilitati. Verum quamvis ex tribus jam à me recensitis existat Horti dignitas & pulchritudo, tamen si quarta pars defuerit, quæ est de fructiferis arboribus, Hortus erit valde imperfectus: quod summæ cæterarum partium amœnitati, addat ista ubertatem fructuum, magnamque vitæ commoditatem. Quidquid autem contēdat Plinius, suis temporibus *partem hanc vitæ jam pri-*

CAPUT XV.
De Pomario.

dem pervenisse ad culmen, expertis cuncta hominibus nec quidquam amplius excogitari posse: certe mihi non ita videtur. Venit enim in animum, etiam desiderari nescio quid, in justo rectoque arborum cultu, momenti quidem non levis. Sic enim existimo, quod olim placitum est magno aratori, *non tam discētibus, quam docentibus indigere hanc disciplinā.* Cum enim famulis & vilibus mancipiis de more mendantur partes illæ, quæ per se requirunt artem & prudentiam: fieri non potest, quin peccetur interdum, per imprudentiā eorum qui parum versati sunt in cognitione naturæ; cujus inclinationi, ut plurimum mos gerendus, seduloq; attendendum quid ipsa velit, quid spectet, & quo præsertim propendeat, ejusq; partes per cultum adjuvandæ. Quod commode fieri non poterit, si per manus illiberales tractetur illud negotium: cum perfectæ naturæ cognitio teneri recte minime possit, sine meditatione rationis, quod non cadit in famulorum vulgus, rude semper & imperitum. Nam ut observatum ab eodem Plinio, libro 17. capite quarto, ut in cæteris passim artibus, sic præcipue in hoc cultu, *quædam rerum sunt in alto secreta, & suo cuiq; corde pervidenda.* Eo accedit, quod ipsa vetustas afferat omnibus in rebus, longinqua observatione, incredibilem scientiam, quam non recipit in se fortuna famulorum. Ut autem infinitum est dicere de omnibus, quæ longinquitas temporum affecuta est per experientiam in hac disciplina: universitatem præceptorum, quæ circumferri solent de arborum cultu, conferam in admonitiones quam paucissimas, quæ dili-

diligenti atq; diuturna observatione perspectæ sunt.

Pro constituendo, quemadmodum decet, pomario, arbores erunt partim proceritate naturali, cœlo liberiori proponendæ, partim deprimendæ brevitate trunci ramorumque humilitate, partim applicandæ ad murum, partim etiam mutuis interferendæ amplexibus, & quadam quasi perpetuitate textus diffundendæ. Quæ quatuor species sunt, quibus arborum distributio per Hortos, continetur omnis. Ex qua varietate, admirabilis existit hæc descriptio, qua perfecta ratio cultissimi pomarii constabit.

In proceris arboribus, si cœli clementis accesserit benignitas, poma censei solent à peritis omnibus, gustu longe laudatiora: quamvis cultum ferant negligētiorē, sive quod natura per se sua vi suppleat, quod requirit necessitas; sive quod planta cœlo liberiore delectetur, & gaudeat excelsitate trunci, ramorumque indulgentia & libertate. Sed observandum cum Theophrasto, lib. 3. de historia plantarum, earum arborum tardiores esse fructus, quæ proceriores robustioresq; sunt: *ἰσχυρότεροι τῆ φύσει, ἐκπέπληδ δὲ ἤπιον*: quod omnia eo sint operiosiora, quo fortiora sunt.

De pumilis arboribus, non ita sentiendum: citius maturescunt, & curam requirunt majorem: si enim rami sint vastiores densioresque, fructus opacitate perimetur. Quapropter crebra putatione ligni supervacanei levanda arbor, ne trunci officio suo imparis humilitas non sustineat partes suas. De hac specie, quam ex chamæplatanis priscorum imitari cœpit

ætas nostra, sic Plinius lib. 12. cap. 2. *Nam chamaplatani vocantur coactæ brevitatis, quoniam arborum etiam abortus invenimus: hoc in genere pumilionum infelicitas dicta erit: fit autem & serendi genere, & recidendi.* Quæ duo modi sunt, per quos pumiliones fieri solent, plantandi putandique peculiari ratione.

Tertia species plantandi pomarii est per sepēs, & certam ramorum inter se nexorum perpetuitatem, quæ non differt à ratione plantandi, quæ solet adhiberi in pumilis, cum sit hæc de genere pumilorum: sed differt in ipsa putandi ratione. Non omne pomiferarum arborum genus idoneum est ad textus illos: fructusque, qui inde proveniunt, non sunt magnopere laudabiles. Quapropter usurpatur hæc species multo magis ad varietatem Horto inducendam, quam ad sperandam utilitatem.

Quartum genus est, de applicatione pomorum ad murum, sive de palatione, per quam beneficium caloris ascititii, reflexique per murum, fructui conciliatur: quod est inventum ætatis nostræ, cujus ope tantum accessit dignitatis & excellentiæ rei Hortensi, ut nulla sit honestioris agriculturæ pars, in qua omnis retro antiquitas plus concedat cultoribus nostris, quam ista, quæ non modo commendare se cœpit insitorum varietate & copia; sed etiam caloris, pro fructibus ad solem coquendis, novo incremento augendi, arte & industria. De qua potest dici illud Pindari, apud Plutarchum; *αἴνον φέγγ' ὀπώρας.* *purum decus autumnii:* cum jam summa laus hujus tempestatis per palationem ruri concilietur. Et meo
qui-

quidem iudicio nihil est jam admirabilius in Hortorum ratione univēsa, quam novæ illius artis singulare inventum. Nondum enim venerat unquam in animum majoribus nostris, Solis calorem sub disciplinam adduci posse, ut pro cultoris arbitrio, non modo amplificandæ fructuum graviditati, sed etiam maturitati urgendæ, accommodaretur; quod artis repertum non tam cultorum villicorumque solertia, quam optimatum studio & opera, hac ætate celebratum est. Non persequar oratione longiori commoditates omnes novæ illius artis, quæ non modo ad Horti pulchritudinem & ornatum per se conferat plurimum, sed etiam ad questum & utilitatem. Nam scite Varro, *ea, inquit, quæ faciunt cultura honestiorem agrum, plerumque non solum fructuosiore eundem faciunt, ut cum in ordinem consita sunt arbusta, sed & vendibiliorem, & adjiciunt ad fundi pretium.* Ita videlicet cum voluptate consentit utilitas. Nam amœnissimi illi parietum vestitus, fructuum tanta varietate, tam picti colores, speciem faciunt interdum ad aspectum, tam admirabilem, ut sæpe numero ornatus is jucundiore spectaculo sit, quam villæ domusque plurimorum lautius sumptuosiusque ædificatæ. Quod de Tremelii Scrofæ viri perliberalis, & rerum istarum peritissimi, nobilibus Hortis profitetur Terentius Varro, libro primo de re rustica, capite secundo.

Cum autem pertineat cultus is, & ad fructus pictiores habilioresque educandos, & ad omnem Hortum viridi parietum vestitu hilarandum: ut bene id
 •succe-

succedat, tria præsertim observanda sunt : primo, delectus fructuum generosiorum diligēs & accuratus : deinde sua disciplina arbori ad murum applicandæ imponenda à teneris, ut rami molles & per se ultro obedituri sub vincula venire non recusent : tertio, ut ipse textus sit quam emendatissimus, ramorum serie quam planissima. Si quid distortum perversumque sit, ut fit interdum in arboribus quibusdam, non enim omnes rectæ sunt, eam pravitatem molli blandaque flexione cultus corrigat. Nam peccant ii, qui torquent arbores flexionibus violentis : quæ nisi blande & indulgenter habeantur, justa vegetatione exultare, suoque fungi officio minime poterunt. Parcendum autem teneræ præsertim ætati, ne nodo duræ obligationis, vel curvaturæ pravitate, contra morem ramus angatur.

In arborum distributione, suus ordo cuiq; generi deputandus, ne per valentiores opprimantur infirmæ. Si spissiora poma ramos onerent, vitiosa quæque tollenda, ut alimentum cæteris succus æquiparet, & administret copiam generosis, quam numerosa utilitate perdebat. Quod si bonū naturalis fecunditatis colentiū corrumpat inertia, & natura fertilitatis suæ perniciosæ luxuriei permittatur: multum decedet de generis nobilitate pomis copiosioribus. Si suspicionem de se faciat arbor, aut de ejus affectione dubitetur, ligni sinceritas ostendere poterit ejus habitudinē.

Ut autem fructuum species sunt numerosissimæ: nam, ut monet Plinius, *vix specie figurave, non modo saporibus, succisque toties permistis, atque insitis, enumerari*

merari queunt: nihil certum constitui potest de appellationibus singulorum, quæ pro diverso populorum ingenio, quam diversissimæ sunt. Quod locum dedit, opinor, Democrito, cur neget fructus usitatis inter populares nominibus appellari per eos qui georgica scribunt. *πὰ γεωργικὰ γράψαντες, οὐ τὰς εἰδιωμένους ἡμῖν γεωσυνουσίας ὀνομάζοισι τοῖς καρποῖς.*

De curatione morborum, quibus arbores pomiferæ sunt obnoxia, non necesse est dicere me: quod nihil à villicis communibus jam ignoretur, quod eo pertineat. Cætera permittenda sunt eorum meditationi, qui partim pertæsi turbarum, partim etiam irati rebus, partim denique ruris otio & solitudine delectati, commentandi gratia secedunt rus: de quorum sententia cultus ille arborum fructiferarum ita demum factus disciplinabilis, ut in educandis fructibus, jam nulla naturæ pars sit, quam non affecutus videatur.

Artem porro illam applicandarum ad parietem arborum, pro colore fructibus conciliando nostra ætate repertam, planius est meo quidem iudicio, quam ut de eo possit ambigi: quamquam video nonnullos, qui revocent inventum illud ad ætatem superiorem, usi auctoritate Bellonii, qui facit mentionem cultionis istius, quod in præsentia non disputo. Satis est quod ea pars culturæ Hortensis, per viros liberales & ingenuos, nostra ætate, perducta sit ad eam perfectionem, quæ pro tempore nihil ultra desideret. Certe postèriora omnia, recentioraque, in iis quæ pertinent ad disciplinas & artes, semper esse solent perfectiora.

Constituta suis partibus Hortensi disciplina, nihil prius

CAP.

ULT.

*Quem**conveni-**at, esse**eum, qui**colendo**Horto**præfe-**ctus sit.*

prius quærendum, quam cuius fidei & diligentia committas Horti curam omnem. Non enim satis dici potest, quantum interfit, cuius industria mandentur parates illæ. Quamvis autem primum munus boni agricolæ sit, ut se bene navum & diligentem præstet: id tamen minime deduci velim, usque ad improbi laboris duritiam, corporisque defatigationem importunam: ne villicus, quem informare volo, ille misero aratori similis fiat, sordide se maceranti pro nato, de quo Chremes, vir non inhumanus apud Terentium.

Numquam tam mane egredior, neque tam vespere

Domum revertor, quin te in fundo conspicer

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique:

Nullum remittis tempus, neque te respicis.

Nam nihil tam alienum à vita liberali & honesta, quam tanta duritate laboris conficere se: quod vel amentis est, vel desperati. Vitam non proscribimus, qui quærimus amoenitatem. Neque placet Chalinus is apud Plautum in Casina, qui per præfecturam rusticæ rei, velit prorsus abstinere à rebus urbanis: sic ille ad Olympionem.

Quin ruri es, in præfectura tua?

Quin potius, quod legatum est tibi negotium

Id curas? atque rebus urbanis te abstines?

Non requiro tantam severitatem: immo velim, ut is qui se dedat Hortensi culturæ, nihil earum rerum, quæ urbanæ sunt, à se putet alienum esse debere. Ingenuus sit & liberalis: nihil enim magis honestum hac cultione, quæ, ut testatur Tullius pro Roscio, *vitam habet disjunctam à cupiditate, & cum officio conjunctam*. Ipseque, quarum curam gerit, *arbores*, ut innuit Plinius libro 12. *blandioribus*

ribus postea fruge succis hominem mitigavere. Quapropter sic partes suas gerat, ut nihil in se recipiat, quod disciplinam tam liberalem, quoquo modo facere possit odiosam. Quæ enim vita magis innocens & honesta, quam cum terra, quæ nunquam recusat imperium, semper habere rationem: unde existunt delitiæ & amœnitates rerum rusticarum, quæ si bene considerentur, sunt innumerabiles.

Præterea cultor idoneus sit, qui per se naturæ vim, variasque terræ ipsius affectiones observare queat, ut ejus vel tarditatem adjuvet suo cultu, vel reprimat luxuriam, quod sine meditatione rerum naturalium, & attenta consideratione cultionis universæ facere non poterit. Nam de Philosophi naturalis sententia libri decimi octavi proœmio, terram colere nihil aliud est, *quam patrocinari & adesse cunctorum parenti*: & eodem loco ostendit satis honestatem illius disciplinæ, quæ est *circa rura, agrestesque usus, quibus vita, honosque apud priscos maximus fuerit.* Quare non sine causa optabat idem Philosophus, ut viri liberales se traderent huic culturæ: *Quod, inquit, manibus honestis latius omnia proveniant, quod curiosius fiant*: hoc est, magis diligenter & accurate. Quæ enim considerationis & prudentiæ sunt, minus bene per eos geruntur, in quibus parum mentis est.

Verum licet Horti præfectura non committenda sit cuiquam eorum, qui de vilium mancipiorum ordine sit, sed alicui de genere liberaliorum: ne propterea mollis sit ille, atque delicatus, qualem Palladius libro primo ab Horti magisterio removeri

veri vult. *Agri præsulum, non ex dilectis, aut tenere educatis servulis ponas, qui fiducia præteriti amoris, impunitatem culpæ præsentis expectet.* Nam cultus Hortensis est de earum disciplinarum genere, quæ coluntur assiduitate & diligentia: in quo peccat magna pars cultorum: nunquam enim res Hortensis procedere potest, si tractetur per viros indiligentes. Quæ causa fuit, opinor, cur olim, teste Plinio, negligenter & male agrum colere, Censorium probrum indicaretur. Quare quod præceptum per Horatium ad Pisones, ut poëta, sic villicus, ne quid

Differat, aut præsens in tempus omittat:

Nam sanctissime præcipit, & monet Columella libro secundo, *rem agrestem insidiosissimam esse cunctanti:* quod petatum ab Hesiodo.

Αἰεὶ δὲ ἀμβολίεργος ἄνθρωπος ἄτακτοι πολέθει.

Vir cunctator, agri semper pro clade laborat.

Quapropter ni summæ prudentiæ, summam adjungat vigilantiam Horto præfectus, partes suas pro officio minime implere poterit: maxime si collocet operam in loco perbono. Quorsum autem spectet ea vigilantia, non est difficile dicere. Is enim debet esse villicus, qui cœli statum omnem ad se pertinere; ventos, pluvias, tempestates, naturæ inclinationes, mutationesque omnes spectare se putet: in quo vel uno, ut desint cætera, semper habebit affatim, quo occupetur. Nam cautionem habet infinitam vel istud unum negotium. Tum servandarum de cœlo, pro consitionibus, insitionibusque annuis, aurarum rationem omnem teneat: tempestatum variarum importunitati opportunitatibusque

que serviat : nullam cœli gratiam negligat, quod illius benignitas, ad omnem cultionem, adjumentum sit omnium præsentissimum. Cæterum si quando tempestates erunt de cœlo servandæ, suam confidentiam nunquam audiat : immo ne interroget quidem. Interdum tamen sic est affectus annus : ut nihil sit loci prudentiæ vel exercitatissimæ : cum fidei quam maxime dubiæ sint venti omnes, per quos anni ratio constare solet. Errant enim turpiter, qui nihil ad ventorum arbitrium attinere putant agriculturionem universam.

Prudentiæ vero & sedulitati accedat solertia, pro adjuvanda per varias artes, ad tam multos partus, tellure. Eum enim, qui in fundi sui bonitate segniter & otiose acquiescit, spes sua frustrabitur. Solertiam juvabit experientia observationum, in cultu omni ex longo petitarum, ususque diligens. De florum, arborumque singularum cognitione perfectissima, quod est diuturni usus, nihil dico : fileo de movendæ, per fossiones occationesque telluris universa ratione, propagationes, repastinationes, irrigationes, amputationes, insitionesque prætermitto : quibus cultus Hortensis nihil habet solertius. Nisi enim notitiam habeat bene magnam partium earum, quæ pertinent ad elementa prima disciplinæ istius, parum feliciter versabitur in cæteris. In fossionibus autem duo spectet non inconsiderate, tempus quo fieri debent, & modum. De primo sic Hesiodus.

Ὡρη μὲν τ' ἀρόσσυ νεοῖς, ὦρη δὲ φυτεῦσσυ.

Tempus agros certum est plantandi, tempus arandi.

Terram moveri per Aquilonem, vetat Virgilius. Plin-

nius lib. 18. cenſet *ſatius eſſe minus ſerere, & melius fodere, & arare.* Quapropter bene munitus comparatulusque ſit à ſupelleſtile neceſſaria: ſed purgandi Horti, munditiæque tuendæ partes relinquat famulis: occupet autem ſe in habendo plantarum delectu diligenti, & percauto: & quidquid erit conſiderationis & prudentiæ ſibi ſumat: conferat ſæpenumero cum viris ſolertibus & exercitatis de diſciplinæ ſuæ ratione: veterum ſcripta, quæ eo pertinebunt, meditetur & obſervet: de præſenti tempore tametiſi certus ſit, nunquam tamen ſine cura ſit anni venientis: uno verbo, nullum prætermittat officium diligentis & boni aratoris, qui ſemper laborat de futuro, de quo Virgilius Georgicon ſecundo.

*Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus*

Arborum autem, dum vigeant, cultor ſit ſedulus ac diligens: quarum augendarum alendarumque cultricem ipſam naturam per ſe juvet; quæ ad earum ingenium apta ſint conciliet, amputet aliena. Quæ vero pertinebunt ad palationis artem, quæ jam pars eſt præcipua diſciplinæ iſtius, pro ſe ſedulo curet, neque in eo partes ſuas deſiderari ſinat: plantas cæteras, prout poſtulabit neceſſitas, circumcidat, deputet, erigat, adminiculetur, ut quo natura inclinât, eo ire ſinat: eorum enim, quæ pure naturalia ſunt, carentque ratione, ipſe appetitus ſumma perfectionis eſt: poſtremo nulli diligentiam parcat. Sic enim eſt hæc diſciplina, quæ ſuam laudem vix obtinere poteſt, niſi ſedulitas afferatur ſingularis: cum nulla res ſit, quæ negotii plus habeat.

Si

Si tamen res minime procedat ex villici sententia, non propterea contingat, quod à Plinio tam graviter exprobratum fuis, *ut terram criminibus nostris urgeamus, culpamque nostram illi imputemus.* Quod facere solent ii, qui questus inhonesti paulo cupidiores, cum fundo rationes suas disputant magis contumaciter & obstinate, quam cum creditore & adversario. Id autem tolerabile non videtur in ea disciplina, quæ facta est per hoc tempus tam honesta & liberalis. Quapropter studiosorum est hujus artis, eam dare operam, ne corrumpi finant per manus sordidas & illiberales, eam culturam quæ tantum amœnitatis & elegantiae pepererit ætati nostræ: de qua fortasse bene meritus videbor, quod aliquid de meo contulerim, ut eam litteris commendarem. Superfunt etiam plurima, quæ dici possint in hanc materiam, quibus pro vitando fastidio, superfedendum puto: ut si quis eadem conari velit, habeat etiamnum aliquid in quo exerceat industriam.

Quando materie tanta abundat copia,

Labori faber ut desit, non fabro labor.

Quod scribit Phædrus ad Eutychem, pro excusanda longitudine susceptæ orationis.

F I N I S.

EX CARMINIS ANNOTATIONIBUS
reddita Latinis, & emendata.

EX libro primo fol. 2. γῆ κησόμεθα δέισι, ἢ μή τε ἀργιλώδης, μή τε λίαν τραχεῖα. *Terra maxime idonea ad hortum, quæ neque argillosa sit, neque nimis aspera.* γεωπονικῶν libro duodecimo cap. 3.

3. Ἀρότρεις γῆς εἴξας δάπεδον. *Aratris terra solum rumpens.* Aristoph. ἐν πλούτῳ.

Ibidem. ταμών ἐπὶ τέλσον ἀρίτεω. *dividens profundum solum aratro.* Apollon. 3. Argonaut.

Ibid. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν δένδρων πονύτων πληρούσθω ῥόδων, καὶ κρίνων, καὶ ἴων. *Intervalla arborum omnium impleantur rosis, liliis, violis.* Florentini γεωπονικῶν lib. 10. capite primo.

Fol. 6. πρὸς ἅπερ Ὀφύης ἐκάστη γῆ. *Ad quid soli cuiusque natura valeat.* Theophrasti de Plantis lib. 8. c. 8.

Ib. τὸν ἐφεσῶτα τῇ ἔργῳ οἰκονομία, ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς καιροῖς, καὶ τὰς τῶν τρωπῶν μεταβολὰς γινώσκειν. *Oportet eum, qui agro præfectus, sit, tempore æquinoctiorum, & solstitiorum vicissitudines cognoscere.* Florentini libro 1. γεωπονικῶν cap. 1.

7. χειμῶνων σημεῖα. *hyemis pronostica,* ex Arist. & Theophr.

Ibid. ἀνθεμώδοις ἤρῳ, *Veris floriferi tempestas,* Æschilles in Prometheo.

Ibid. ἀνθεμώδοις εἰαρος ὄρω. *Florens veris tempestas.* Oppian. lib. 1. αἰλιθωτικῶν.

8. Ὀτρα-

8. Ὀτραιπίας κυκλαμίνου, *speciosi & decentis cyclamini*, Nicander in *Georgicis* ex lib. xv. Athenæi.

Ib. De iride. ἀπὸ τῆς, κατ' οὐρανὸν, ἐμφερείας ὀνομάζεται, καὶ διὰ τὴν ποικιλίαν ἀπεικάσθη ἰεῖδι τῇ οὐρανίᾳ. *Iris dicitur ab arcu cœlesti, & ob colorum varietatem, refert similitudinem Iridis cœlestis*. Dioscor. lib. i. cap. i.

9. de Narcisso. Θεοτὴς δὲ τῆς οἰκείας μορφῆς. ἐραστὴς ὁ αὐτὸς καὶ ἐρώμενος, διεφθάρη. *contemplator sua forma, amans idem & amatus, extabuit*: γεωπον. lib. xi.

9. De viola. ἴον μλύσεν αὐτῆ. *violam indicat odor*. Oppian.

Ib. νῦν ἴα μὴ φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δὲ ἄκανθαι, *violas ferterubi, ferte & spina*. Theocrit. Idyl. i.

10. De Hyacintho.

Ὄν φοῖβος θρῶνῃσεν, ἐπεὶ εἰ ἀκούσι ἐκτα Παιδα βαλὼν περὶ παροῖθεν ἀμυκλαίου ποταμοῦ Προθήβην ὑάκινθον. *Quem Phœbus luxit: postquam imprudens interfecit puerum, percutiens prope fluvium Eurotam, florentem etate Hyacinthum*. Nicander in *Theriacis*.

14. Δόκοτον ἔχει πολὺ ἀρίστην δῶδιαν, ἀλλὰ πρὸς ὀλίγισον. *Leucoium habet odorem quam suavissimum, sed non diuturnum*. Icesius libro secundo plant. apud Athen. lib. i 5.

17. De Zephyris. τῶν ἀνέμων πύοιται τοῖς vento-
rum maxime idonei, qui terram fecundent. Anthologia lib. 6.

Ibid. Οὐκ ἐθέλω, Φιλόθρη, πτόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀρούρης
δαίνυ-

Δαίνυδι, ζεφύρου πνέμασι περιπόμυθ.

Urbi, ô Philothere, rus præfero, ubi Zephyri flatibus delector. Nicænetus Samius apud Athen. lib. 15.

18. Λυχνίς σεφανωματική, ἀνθῶ ἐστὶν ὁμοιον λουκίῳ, πλεχύμυθον εἰς τὴν σεφάνια. *Lychnis apta coronis texendis, flos est similis leucoio, per se implicitus more coronarum.* Dioscor. lib. 3.

Ibid. ἐν μαλάχῃ τε, καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ὄνηαρ. *In malua, & asphodelo magna utilitas.* Hesiodus lib. 1.

19. Ερδθής τε θρυαλλίς. *Thryallis flos purpureus* Nicand. in Ther.

Ibid. De rosa. Εἰ ἐν τοῖς ἀνθέσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἔπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἀν τῶν ἀνθῶν ἐβασίλευσε. γῆς ἐστὶ κέσμη, φυτῶν ἀγλαίσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθῶν, λφμῶν ἐρύθημα, καὶ ἀσφάπλον. ἔρωτας πνέει, δειδέσει φύλλοις κρηῶ, δίκινῆτοις πετάλοις τρυφᾷ, τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελαῖ. *Si floribus vellet Iupiter imponere regem: rosa inter flores regnum obtineret. Telluris est ornamentum, plantarum decus, oculus florum, prati rubor, pulchritudo fulgurans: amores spirat, foliis comata est quam formosissimis, floribus micantibus luxuriat, calix ejus Zephyro ridet.* Ex Achille Tatio libro 2. de Leucippæ & Clitophontis amoribus: quod petatum putatur è fragmentis Sapphonis.

21. Καὶ τὸ ῥόδον καλὸν ἐστὶ, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραινέ. *Et rosa pulchra est, & tempus eam corrumpit.* Theoc. Idyl. 24.

23. μάλα δὲ ἀν καὶ ἀμαράκηνος εἶη. *Multus quidem & amaracis sit.* Nicand. in Ther.

26. χλοερὸν τ' ἀδιάντων, *Viride autem adiantum.*
Theocr. Idyll. 13.

27. ἡμεροκαλλὲς πλὴν νύκτα μαρραίνεται, ἀμα δὲ τῷ
ἡλίῳ ἀνατέλλοντι θάλλει. *Hemerocalles tabescit de nocte, simul autem ad ortum Solis floret.* Athenæus lib. 15.

28. Λαλὸν τὸ κελίον ἐστὶ μαρραίνεται ἀνίκα πίπῃ,
Candidum est lilium, marcescit autem, statim atque decidit. Theocrit. Idyll. 24.

29. ἐλίχρυσον ἀμάραντον καλοῦσιν, ᾧ τοῖς θεοῖς
σεφανοῦσι. *Elichrysum vocant amarantum, quo deorum statuas coronant.* Dioscor. lib. 4.

Ibid. χαμηγζήλοιο κενύζης, *Humilis conysæ.* Nicander in Theriacis.

30. De amello. ἀστὴρ ἀττικὸς ἔχει φυλλάρια ἀστέρ
ὅμοια. *Aster Atticus habet folia stellæ similia.* Dioscor.
lib. 4.

31. πλὴν ἔ φθινοπώρου φυτεῖαν μαῖλλον προσδέχομαι.
Plantationem, quæ fit per autumnum, magis approbo. Florentini lib. 10. γεωπ.

32. σελλήνη καθαροῦ φαινομένη δίδαν δηλοῖ. *Luna, cum apparet pura, sereni temporis indicium est.*
Arat. lib. 1. & γεωπον. lib. 1.

33. De aconito. . . . ἐν δὲ ἀθηναίοις
Θηλείῳ αἰθίνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόκησις.
In Aconarum montibus aconitum florere solet. Nicander
in Alexipharm.

33. κρόκῳ πρὸς τὸ ἐν κρύφ θάλλειν. *Crocus dicitur, quod per frigus floreat.* Scholiast. Callimachi.

Ibid. Αὐτὴ τ' ἦνθεαι ἀνεμωνίδες ἀσερπίουσαι.
Ipsæ quidem nitidæ sunt anemona, antequam contrectentur.

Nicander in Georg. apud Athen. lib. 15.

Ibid. De Anemona. ὀξυτέρησιν ἐφελκόμεναι χειρῶσιν. *quæ insigni colore, oculos omnium in se convertunt.*
Ex Nicand. ibid.

34. ἀνεμώνη αἵθος ἄοδμον, ὃ Φασιν ἀναδοθῆναι ἐκ τῆς αἵματός τῆς Ἀδωνιδός. *Anemone flos est nullius odoris, quem ajunt extitisse ex sanguine Adonidis.* Theocrit. Scholiast. eid. é.

Ibid. Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὸν ἀνεμώναν. *Sanguis peperit rosam, lacryma verò Anemonam.* Bion. in Epitaphio Adonidis, Idyl. 1.

EX LIBRO SECUNDO.

Fol. 37. τῶν δένδρων τὰ μὴ γίνοντα ἐκ σπερμάτων, τὰ δὲ δι' ἑαυτῶν. *Arborum alia quidem è semine, alia verò sponte nascuntur.* Arist. lib. 1. de gen. animal.

38. τῶν γένεσων αἱ ἀπὸ σπέρματος καὶ ῥίζης, Φισικώταται δόξαιεν ἄν. *Arborum generationes quæ ex semine & radice sunt, omnium maxime secundum naturam esse apparet.* Theoph. de plant. lib. 2. cap. 1.

Ibid. ἰχυρὸν ὡσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις τὸ ἴδιόν. *Multum valet, ut in cæteris rebus aliis, sic in istis, consuetudo.* Theoph. lib. 3. de causis plant.

Ibid. κέως καὶ μανοῖ τὴν γλῶσσαν, καὶ λεπτέρων, *Fimus terram solutam ac tepentem facit.* Theoph. de causis plantarum lib. 3. cap. 7.

39. De plantis. ἔστι δὲ ἕδὲν οὕτως οὐτ' ὄχρησον, οὕτε καλόν, ὡς ἡ τάξις. *Nihil est tam utile, aut tam pulchrum, quam ordo.* Xenoph. in Oeconomico.

Ibid.

Ibid. ἐν τῷ ἀγαθαῖς χώραις, πρὸς τὸ μὴ φυλομανθῆναι, Ἰπνέμουσι, καὶ Ἰπικείροισι. *In agris fertilibus, ne foliis luxurient, depascere solent agricola.* Theoph. de plantis lib. 8. cap. 7.

40. De Dodonæa quercu. ἐκ τῶν ὄροδάμων ἱερὰν ἀπερὲξασα φωνῶ. *è ramis sacram vocem, sive oraculum emittens.* Lucian. in Amoribus.

41. Φηγὸς ἢ δρῖς λέγεται, ὡσαύτῃ τὸ φαγεῖν, *Fagus dicitur quercus, à Græco φαγεῖν, quod est edere, quod olim ab hominibus in cibum usurpari solet.* Eustath. Iliad. 6.

43. δόρυ μείλινον, μείλινον ἔσχετο. *Telum fraxineum, fraxinea hasta.* Homeri Iliad. 6.

Ibid. κάστανον, ὃ πνευ δὴος βάλανον καλοῦσι. *Castanea, quam nonnulli Iovis glandem vocant.* Damagerontis lib. 10. γεωπονικῶν.

45. τῆς δὲ Φιλύρας ἢ μὲν ἀρβύλω ἐστίν, ἢ δὲ θήλυδα. Ἀρβύλοισι δὲ τῇ μορφῇ τῇ ὅλη. *Tilia altera mascula est, altera femina: forma autem omnino differunt.* Theoph. de plantis lib. 3. cap. 10.

Ib. τῆς δὲ σφενδάμου δύο γῆνη ποιοῦσιν, οἱ δὲ τεῖα. *Aceris alii duo, alii verò tria genera statuunt.* Theoph. libro 3. cap. 11.

Ibid. De acere. ἔχει δὲ καὶ φλοιὸν μακρῶ τεραχύτερον ἢ τῆς Φιλύρας. *Est autem corticis longe asperioris, quam tilia.* ibid.

46. ὡδύκη μὲν ἐν τοῖς περσιλίοις καλλίστη, καὶ μεγίστη φύεται, ἐν δὲ τοῖς παλισκίοις ὅλως οὐ φύεται. *Pinus in locis apricis pulcherrima, & amplissima nascitur: in umbrosis autem nasci prorsus non potest.* Theophr. de plantis lib. 4. c. 1.

46. ἰτέα, καὶ πάντα τὰ ὁμοιογενῆ, τοῖς καθύγουσι τόποις χάρει. *Salices, & cetera arbores ejusdem generis, locis humidis delectantur.* Apulejus lib. 2. γεωπονικῶν.

Ib. ἔστι δὲ μακρότατον ἡ ἐλάτη, καὶ ὀρθοφύεσσι, διὰ τὰς κεραίας, καὶ τοῖς ἰσοῖς, ἐκ ταύτης ποιοῦσιν. *Abies est arbor excelsissima, & rectissima, unde antennas ex ea malosque facere solent.* Theoph. de plantis cap. 2. lib. 5.

47. πύξος μεγέθει μὴ ἐν μεγάλῃ, τὸ δὲ φύλλον ὁμοιον ἔχει μύρτινῳ. Φύεται μὴ ἐν τοῖς ψυχροῖς τοῖσι καὶ τραχεῖσι. καὶ γὰρ τὰ κίτωρα ποιοῦτον, οὐ ἡ πλείστη γίνεται. *Buxus magnitudine non excellit, folio myrti similis, nascitur locis frigidis & asperis, qualis Ciuora mons est, in quo plurima provenit.* Theoph. de plantis lib. 3. cap. 15.

48. τὰ σεφανωματικὰ τῶν δένδρων, καὶ αἰείφυλλα, *Arbores coronis texendis idonea, & qua semper videntur.* ex lib. 11. γεωπον.

49. ἡ δὲ τούτοις ἐστὶν ἡ κυπαρίσσις κυπαρίσσις. *Apud hos est, qua circumcidi amat cypressus.* Theoph. hist. de plant. libro 2. cap. 2.

Ibid. διττὸν αἱ κυπαρίσσις ὄνομα ἔχουσι. χάρειτες μὲν δὲ τὴν τέρεψιν. κυπαρίσσις δὲ δὲ τὸ τοῖς κλάδοις φύειν παρῆσις. *Duplex nomen sortita cypressi: charites dicta, ob amoenitatem; & cyparissi, quod ramos aequales habeant.* lib. 11. γεωπονικῶν.

50. Φιλλυρέα δένδρον ἐστὶν ὁμοιον κύπρω καὶ μεγέθει, φύλλα ἐλαίας ὁμοια, πλατύτερα δὲ, καὶ μελάντερα. *Phillyrea est arbor similis ligustro secundum magnitudinem, cujus folium simile est olea, paulo quidem latius, sed magis nigricans.* Dioscorides lib. 3.

51. ἔσπε-

51. ἐσπερίδων δὲ μῆλων οὕτως καλεῖσθαι Ἰνά Φη-
σι. . . ἀφ' ὧν, καὶ Ἡρακλέα κρημίσαι εἰς τὴν Εἰλά-
δα τὰ χρύσεια Διὸς ἢ ἰδέαν λεγόμενα μῆλα. *Hesperidum
pomorum sic dicta quedam ajunt, . . . ex quibus
Herculem in Graciam ea transtulisse, quæ ob coloris spe-
ciem aurea mala vocantur.* Athenæus lib. 2.

Ibid. μῆλον τὸ Μηδικὸν, καὶ τὸ Γερσικὸν καλού-
μενον, ὄσμον δὲ παννύχιον. *Pomum quod à Media &
Perside dictum, est odoris quam suavissimi.* Theoph.
lib. 4. cap. 4. de plantis.

52. Φερὲν τὰ μῆλα πάντων ὡσπερ. *Fert fructus per
omnes anni tempestates.* Theoph. ibid.

Ibid. De Atalanta. δρόμῳ νικῶσα πάντας, ποδῶν ἢ
τῆ ἄχυτῆτι νικᾷται μελάνιονι μῆλα χρυσᾷ ῥίπτου-
σι. *Quæ currendo cæteros vicerat, pedum velocitate
vincitur à Melanione, qui mala aurea projiciebat.* Io-
annes Tzetzes Chil. 453. & Theoc. Idyll. 3.

Ibid. De Citro. ὑπὸ νότου ὠφελεῖται, ὑπὸ βορρῆᾶ
δὲ βλάπτεται. *Ab Austro opem sentit, à Borea vero læ-
ditur.* Florentini γεωπον. lib. 10.

53. ὑπὸ σταῖς πρὸς ἥλιον ὀρώσασαι τὰς κίττας φυ-
τάσιν, &c. *Sub porticus ad Solem spectantes citros sta-
tuunt, ut eas conservent.* ejusdem Florent. ibid.

Ib. De malo aureo. τὸ μῆλον ὀπίμηκες, ἐξ ῥυπιδωμέ-
νον, χρισίζον τῆ χροῆ, δῶδες μὲν βάρους, ἔχον σπέρμα
ἀπὸ ἑοικός. *Citrus, seu pomum aureum est oblongum,
rugosum, aurei coloris, odoris suavissimi, sed gravis, se-
men habens simile pyro.* Dioscor.

54. μυρσίνη ποικιλῶ ἐμποιεῖ δῶδιαν τῷ τόπῳ. *Myr-
tus multam odoris suavitatem afflat loco, ubi consita est.*
Didymi γεωπονικῶν lib. 11. 54. πα-

54. παρθένια μύρτα χαρίτων κηπόμενα. *Virgineae myrti, Gratiarum sunt deliciae hortenses.* Aristoph. in Avibus.

55. De Rhododaphne. νήμιον, οἱ δὲ ῥοδοδάφνη, οἱ δὲ ῥοδόδενδρον, θάμνον & γνώμιον, ἀμυγδαλῆς μακρότερον καὶ παχύτερον ἔχων φύλλον, τὸ δὲ ἀνδρῶν ῥοδοειδές. *Nerium, quod alii quidem rhododaphnen, alii vero rhododendrum vocant, est frutex domesticus, cujus folia amygdalo sunt longiora, & densiora, flos autem ipse rosei coloris est.* Dioscor. lib. 4. cap. 32.

56. De Lauro. ἐνεργεῖ πρὸς τοῖς ἐνθουσιασμοῖς. *Vim habet insitam ad inspirationes poeticas.* Hesiodi scholiast.

Ibid. De eadem. μανλικὸν φυτόν. *Arbor fatidica.* Lycophron.

Ib. De Malo Punico. βαλαύσιον ἀνδρῶν ἀγρίας ῥοιᾶς. *Balaustion est flos mali punici silvestris.* Diosc. l. i.

Ibid. De Malo Punico. ἐνιαυτὸν μὲν αὐτῶν εἰσὶν ὄξειαι, πινὲς δὲ γλυκεῖαι, πλεόν δὲ αὐστηραί. *Quaedam illarum sunt gustu peracres, quaedam vero dulces, sed plures austerae.* Galen.

57. ῥοιὰ ἢ οἰνώδης μέσην ἔχει δυνάμιν. *Malum punicum vinosum medias habet vires.* Dioscorid.

59. οἱ δὲ ἀκούσασιν βοῶν μυκωμένων, καὶ περιβάτων βληχωμένων. *Quemadmodum audire boves mugientes, balantesque oves.* Libanius de vitæ rusticæ laudibus.

EX LIBRO TERTIO.

Fol. 62. τὰ ὑψηλὰ ὄρη, καὶ πλείονας ἔχοντας κερυ-

κρηφάς, ἔνυδρα εἶη, καὶ μάλιστα πρὸς βορρῆαν καὶ
 ἄρκτον ὑποκείμενα μέρη τῶν ὄρέων. *Montes excelsi,*
& vertices crebros habentes, aquosi sunt, maxime partes
montium quae vergunt ad Boream & Septentrionem.
 Paxamus lib. 2. γεωπονικῶν.

64. ὑπὸ ταῖς ῥίζαις τῶν ὄρέων πλεῖστα πηγαὶ, &
 μέγιστα. *Ad radices montium, fontes sunt plurimi, &*
copiosissimi.

Ibid. ὅτε ἐλπίδας ὕδατος ἔχοντες τόποι, *loca quae*
non ostendunt spem aquae. Paxam. ibid.

66. τῶν δὲ ὄρέων ἔνυδρα τὰ πλεῖστα, καὶ ταῖς ὑπερῆας
 καθυγροτέρας ἢ ἀκρωρῶν ὑπαέρχον. *Ex montibus ple-*
rosque aquosos esse, & ipsorum partes imas humidiores
superioribus. Democrit. γεωπον. lib. 2.

Ibid. ἔνθα πεφύκασιν ἢ κόνυζα, ἢ ὄθλις, ἢ κάλα-
 μοι, ἢ χοῖν & φαίνεται, ἐκφοσε ὄρουσε. *Ubi nascitur*
conyza, vel othlis, vel arundines, vel juncus apparet: ibi
fodito. Paxami. γεωπον. lib. 2.

68. Ὀτυχεὲς μὲν σφόδρα τὸ ἔχειν ἄπο πηγῆς ὕδωρ.
Valde fortunatum est, habere aquam de perenni fonte.
 Diophanis l. 2. γεωπον.

75. ἐν τοῖς κήποις αἱ ὕδραγωγίαι καθ' αὐτὰς ἀζον-
 ται ἄπο μιᾶς δεξιῆς καὶ πηγῆς, εἰς πολλοὺς ὄχετοὺς.
In hortis derivationes aquarum parantur ab uno fonte
precipuo, in rivos quamplurimos. Arist. 3. de partibus
 animal. cap. 5.

EX LIBRO QUARTO.

Fol. 87. Ἀφ' ἑνὸς πρὸς τὴν τελείωσιν χώρας τε
 χώρας,

χώρας, καὶ αἴρ ἀέρι. *Ad plantarum perfectionem differt regio à regione, cœlum à cœlo.* Theoph. de plantis.

88. τὰς τὰ φροῖς ἀνασμοδοῦναι. *Fossas aperire.* Herodot.

Ibid. τὴν φύσιν χεῖρῶν περὶ τῆς γῆς εἰδέναι. ὅ, ἢ δυνάται ἢ γῆ φέρειν, ὅ δ' ὄν. *Oportere primum naturam terræ agnoscere, & quid recipere in se possit quid non.* Xenoph. in Oeconom.

89. γινώσκειν εἰς ποίαν γλῶ, ποῖον φυτὸν τε, καὶ σπέρμα καταβλητέον. *cognoscere cui campo, quæ planta, vel quod semen committendum sit.* Plato in Th.

Ibid. De Cyro. ἐθαίμαζεν αὐτὸν ὁ Λυσανδρῶ, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἶη, δι' ἴσου πεφυττά μὲν ἄρα. *Miratus illum Lysander, quod ejus arbores essent pulchra, & in ordinem digesta.* Xenophon in Oeconom.

90. ὅτι γῆ δὲ πάχουσα, δὲ ποιῆ, *quod terra bene culta, bene fertilis sit.* Xenophon. ibid.

91. ἀπλῶς ἢ γεωργία μεθίστησιν ἐξημεροδοῦσα τὰ δένδρα, καὶ τοῖς καρποῖς. *Ut uno verbo dicam, ea est agricultura natura, ut mitiget arbores & fructus.* Theophr. lib. 2. de causis plant.

92. δεῖ τὰ φυτὰ λαμβάνειν ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰς τὴν μέλλεις φυτῶσιν, ἢ χεῖρον. *Plantas sumere convenit ex campo simili ejus, in quo plantaturus es, vel ex deteriore.* Theoph. de plantis lib. 2. c. 7.

Ibid. ἅπαντα ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις καλλίω γίνεται, καὶ μᾶλλον βίβενεῖ. *Omnia suis propriis locis melius proveniunt, & sunt valentiora.* Theophr. de plantis l. 4. c. 1.

95. ἐνοφθαλμισμός. *inoculatio, species insitionis.* Theophr.

Theophr. lib. 1. de causis plant. cap. 6.

96. αὐτὰ μὲν ἐν τοῖς χυλοῖς αἱ μεταβολαί.
Hinc ipsæ in succis fructuum mutationes. Theophr. lib. 2.
 de causis plant.

Ibid. ἔσκεν τρέζεται μῆλον εἰς κυδώνια, καὶ γίνεται ἐκ
 τῶν κυδωνίων μῆλα κάλλισα. *Pomum inseritur in cydo-*
nia, & ex cydoniis roma fiunt pulcherrima. Diopha-
 nis l. 10. γεωπον. cap. 20.

100. De Putatione. εἰδέναι τὰ ποῖα συμφέρεῖ κα-
 ταλιπεῖν καὶ τὰ ποῖα ἀφαιρεῖν, καὶ πρὸς τοῖς ἑτέροις
 καρποῖς, καὶ πρὸς τῷ ὅλῳ φύσιν. *Scire quos fructus re-*
linquere, quos tollere conveniat, & ad fructus ceteros,
& ad naturæ arboris bonum univèrsum Theophr.
 libr. 3.

103. ἄπο τῆς κατ' ἀγροῖς ὁπώρας, καὶ τῶν ἄλλων ἀκρο-
 δρύων, κατ' ἀνάλογον τῆς κτύσεως ἐν τοῖς ταλεροῖς πλή-
 ρεσι κομίζην. *E fructibus ex agro collectis, & aliis arbo-*
ribus pomiferis, pro prædii ratione, plenis quasillis referre.
 Philo Judæus lib. 1. περὶ Φιλουθραπίας.

105. De Persica. σκληρὸν ἄπο Περσείδης κάρυα, *Duri è*
Perside nuclei. Nicand. in Alexiphar.

Ibid. τὰ κερσίσια ὀσπίμαχα, ὄχυλα, ὀλιγότροφα.
Cerasa amica stomacho, boni succi, modice nutrientia.
 Athenæus lib. 2.

Ibid. συκῆ ἡγεμὼν ἔκαστου βίου τοῖς ἀνθρώποις
 ἐχέει. *Ficus dux vitæ cultioris hominibus facta, quia à*
glande primum ad ficum transitum est. Athen. l. 3.

106. πεῶν μὲν, καὶ μέγιστον ἐστὶν ἡ κλάσις. *In*
arborum cultu primum & præcipuum est putatio. Theo-
 phr. lib. 3. de plant.

Ibid.

Ibid. *χηματίζεται τὸ φυτὸν ἐφάπαλον ὄν. Planta informari debet, cum mollis est & tenera.* Leontin. lib. 10. γεωπον.

Ibid. *Φυλλομανία. Foliorum luxuries nimia.* Theophr. 1.8. de plantis.

110. τὰ δὲ ἐπὶ πλεοναζούσης τροφῆς κεχυμένα τομαῖς σέλλειν, *Quae se pra nimia succi copia profundunt, putationibus circumcidere.* Philo Iud. lib. de agricult.

113. τὸν ἀγρὸν ἀμείνω ποιεῖ δεσπότης συνεχῆς παροισία. *Agrum facit longe meliorem jugis domini praesentia.* γεωπον. 1.2. c. 1.

114. καὶ ἡ κόπρη δὲ μεγάλη βοηθεῖ τῷ Ἀγροφαιμένειν, ἢ συμπέπειν. *Et ipse fimus multum prodest & in fovendo & in coquendo.* Theophr. lib. 3. cap. 7.

114. νοσήματα ἃ γίνονται πᾶσι τοῖς σπέρμασι διὰ τὴν ἀσυμμετείαν τῆς τροφῆς τε, καὶ περιέχοντ' αἴερα. *Morbi omnibus plantis ob alimenti, & aëris circumfusi intemperiem eveniunt.*

115. ταῖς δὲ ἡμέραις ἐσὶ πλείω νοσήματα. *Arbores urbanae pluribus morbis obnoxia sunt.* Theophr. de plantis lib. 4. cap. 16.

115. δένδρα πλείονα καρπὸν οἰσθ, εἰάν ῥίζαν πεισερῶν κόπρῃ περιείξῃς. *Arbores majorem fructus copiam afferent, si fimo columbarum radices asperseris.* African. lib. 9. γεωπον.

Χοιρίαν κόπρην περιείξων ταῖς ῥίζαις. *Suillo fimo radices spargens.* Anatolii γεωπον. lib. 10. c. 15.

JOANNIS MEURSI FILII
ARBORETUM

SACRUM,

SIVE

De Arborum, Fruticum, & Herbarum,
consecratione, proprietate, usu
ac qualitate.

LIBRI III.

JOANNIS MEUSII FILII

ARBORÆTUM

SACRUM

DE ARBORUM, FRUCTUUM, & HERBARUM
CONSERVATIONE, PROPRIETATE, USU
AC QUALITATE.

LIBRI III.

Nobilissime MEURSI.

His diebus accepi literas tibi inscriptas, quas mitto: & unâ nostras ad Clarissimum Dominum Henricum Ernstium, quas facile procurabis. Utinam in aliqua re utilis tibi esse possem. Omnia enim non modo propter ingentem Parentem tuum, sed etiam tua causa volo. Quæso quamprimum in lucem da illum libellum de plantis numini cuiusdam dicatis. Est enim opusculum & elegans, & pereruditum. Eoque magis festinare te velim, quod in quinto libro de Theologia gentili, & Physiologia Christiana idem tractem argumentum. Mâlo autem præverti, quàm prævertere: cujus causam & ipse vides, & coram plenius exponam. Amstelodami clc lcc XLIII. XIII. Junii.

Tuus æternum

GER. JOAN. VOSSIUS.

ARBO-

ARBORES QUAS

Primus Liber continet,
sequuntur.

ABIES.	MORUS.
QUERCUS.	LENTISCUS.
FAGUS.	CORNUS.
LAURUS.	PYRUS.
PALMA.	CERASUS.
POPULUS.	BUXVS.
CEDRUS.	OLEA.
LARIX.	JUNIPERUS.
ÆSCULUS.	TAXUS.
FICUS.	PELLUS five SU- BER.
FRAXINUS.	ALNUS.
ILEX.	MALUS.
OLEASTER.	ARBUTUS.
PINUS.	PRUNUS.
PLATANUS.	BETULA.
SMILAX.	LIGUSTRUM.
TILIA.	
LOTUS.	



JOANNIS MEURSI FIL.
ARBORETI SACRI

LIBER I.

Qui est de Arboribus.

CAP. I.

De Abiete.

QUI obirent sacra Bacchi ramos *Consecra-*
abiegnos gestabant, siquidem illi ^{110,}
in corona abies sacrata esset, uti
testis est Xenophanes, in Salibus:

Εἰς στεφάνους,

Ἐς αἶσι δὲ ἐλάϊ πικινὸν παρὶ δῶμα.

In coronas

Consistunt abietes pulchram circa domum.

Nam hedera, & smilax, & abies, & quercus,
erant arbores Baccho sacræ, quibus Thyades
utebantur in sacris, ut est in his;

— ἐπὶ δὲ ἔθεντο κισίνους

Στεφάνους, δρύϊ τε, σμίλωνός τ' αἰνέου-
φόρους.

Hedera dederunt hæc coronas crinibus,

2 JOANNIS MEURSI F.
Quercusque, smilacisque, onusta floribus,
in his.

Ω Σεμέλας τροφοὶ γῆβαι,
Στεφανῶθε κισῶ.
Βρύετε, βρύετε χλοηρᾷ
Σμίλακι καὶ κικάρῳ.
Καὶ καταβακχιῶθε δρυὸς,
Ἡ ἑλάτας, κλάδοισι.
O Semeles altrices Thebae,
Coronemini hederâ.
Cingite, cingite virenti
Smilaci fructiferâ.
Atque bacchamini quercus,
Sive abietis, cinctæ ramis.

*Usus ad-
ficationis.*

Usurpata autem abies ab antiquis est ad ædificationem, unde Virg. lib. II. Æneid.

*Instar montis equum divinâ Palladis arte
Ædificant, sectaque intexunt abiete costas.*

Propertius lib. III.

Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces.

Præterea usus tabularum ex abiete apud veteres erat non infrequens in *libris conservandis*: ut observare licet apud Martialem lib. XIV. epigr. LXXXIV.

Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Plautus, abietem pro tabellis usurpavit, in Persâ, Act. II. Sce. II.

*At ego hanc ad Lemnifelenem, tuam, heram,
obsignatam abietem.*

Etiam affirmat Plinius, lib. XVI. cap. X. Quod

ex

*Tabula
erant, ex a-
biete, qui-
bus libri
servaban-
tur, ne usu*

ex Poëtis de ædificatione supra ostendi. *Materiae vero præcipua trabibus.* Item lib. c. XL. *Abies admirationis præcipua visa est in navi, quæ ex di-*

atrivi fierent paleis, aut sord-

Ægypto Caji Principis jussu, &c. Item lib. XVI. C. XLII. *Firmissima ad tectum abies.* Eadem valvarum repagulis, & ad quæcunque libeat intestina opera aptissima, sive Græco, sive Campano, sive Siculo, fabricæ artis spectabilis, ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos, runcinarum raptus. Eadem & curribus maximè sociabilis glutino, in tantum, ut findatur ante, quam solida est. Claudianus de raptu Proserpinæ: lib. II. *Apta fretis abies.* *Hæc, ut ait Plinius, expetita navigiis arbor est: & in excelsis montium ceu maria fugerit, sita.* Papin. Theb. VI. *Hinc audax abies.* id est, quæ mare conscendit. In Ægypto, ac Syria, reges, inopiâ abietis, cedro ad classes fuerunt usi. Scribit Plinius ad hæc lib. VI. cap. XXXIX. *Abies præcipua dos crispantibus, & in torto quodam discursu venarum pretiosis.* Abies metonymicè pro re facta ex abiete. Virg. lib. VIII. *Æneid.*

Labitur uncta vadis abies.

Id est, navis abiegna. Sic Æneid. lib. II.

— *cujus apertum*

Adversi longâ transverberat abiete pectus.

Id est, hastâ abietali. ut Servius exponit.

CAP. II.

De Quercu.

Consecra-
tio.

Quercus sacra est Baccho, & Cereri, constat ex variis auctoribus, quod in Cereali-
bus quercu coronabantur, ob beneficii ab illa
Deâ accepti sempiternam memoriam: Virgilius
lib. i. Georgicorum:

— neque ante

*Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.*

Neque Baccho tantum, & Cereri, sed & Jovi,
ac Rheæ, sacra existimata fuit. Et Jupiter qui-
dem, interdum coronabatur quercu, aut olea:
Phornutus ait, σέφε) ἡ ἐλαία, δὴ τὸ ἀφθαλές,
καὶ λιπαρόν, καὶ πολύχρηστον. Ἡ δὲ πῶ ἐμφέ-
ραν τῆς πρὸς τὸν ἕρπον γλαυκότηρ). Caput
ejus oleaginea corona redimiri. Causa autem est,
quod hac arbor semper in virore sit, suamque pin-
guedinem teneat, & quod olei usus sit ubique plu-
rimus. Rheæ vero, etiam sacrata fuit; ut testis
est Apollodorus lib. i. de Diis. Araque ejus
frondibus ornabatur, ut testatur Apollonius Ar-
gonaut. lib. i.

Βωμὸν δ' αὖ χερσὶ παρενλώεον. ἀμφὶ ἡ
φύλλοις.

Στεφάμβοι δρυῖνοισι θρηπολὶς ἐμέλοντο.

Μητέρα Δινδυμίω πολυπότιαν ἐγκαλέοντες,
Ἐνναέην

Ἐνναέτην Φρυγίης. Τίτλω θ' ἄμα κυκλιωόν τε.
 Οἱ μῆνοι πολέων μοιρηγέ), ἡ ἴ πάρεδροι
 Μητέρ & Ἰδαίης κεκλήα), ὅσοι ἔασι
 Δάκτυλοι Ἰδαῖοι κρηταέες. ἔς ποτε νύμφη
 Ἀνχάλῃ Δικλαῖον ἀνάσπε & ἄμφοτέρησι
 Δραξαμίνῃ γαίης Οἰαξί ἐβλάσησε.

*Accumulant aræ lapides, quam frondibus or-
nant*

*Quernis & sacris onerantes lancibus aram,
Dindymeam matrem placida mox voce voca-
runt,*

*Incola quæ Phrygia est: Cyllenumque Titiam-
que*

*Qui soli fatis urbes, qui regna gubernant,
Matris & Ideæ comites dicuntur, & iidem
Dactyli Idæi cretes: quos Nympha creavit
Anchiale terram stringens Oeaxidis agri
Ambabus manibus Dictæo proxima colli.*

Jam fatis dictum existimo de consecratione; *Corona-*
 quare jam coronam quernam; & quam varia *rum varia*
 ejus genera sint, explicabo: ac postremò de *genera.*
 quercus in tropæis usu aliquid addam. Cæsar
 in urbis Mitylenes expugnatione meruit coro-
 nam civicam: quam civis civi, à quo servatus
 esset in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ,
 dabat. Ea fiebat è fronde quernâ; quoniam
 victus, cibusque antiquissimus ex quercu capi
 solitus sit. Fiebat etiam ex ilice, quæ & ipsa ar-
 bor glandifera est: unde Cæcilius poëta comicus
 coronam civicam appellavit Iligneam.

Advehuntur, inquit, cum iligna corona & chlamyde.

Di vostram fidem!

Hac corona Lucius Gellius censuit donandum esse Ciceronem, quod ejus opera esset atrocissima Catilinæ conjuratio detecta, vindicataque; atque ita non civis unus, sed universa Romana civitas, servata: meritoque ut ait ille:

Roma patrem patrie Ciceronem libera dixit.

De hac corona civica ita scribit Plinius lib. xvi. c. iv. *Civica iligna primò fuit, postea magis placuit ex esculo, Jovi sacra. Variatumque & cum quercu est, ac data ubique, quæ fuerat custodito tantum honore glandis. Addite sunt leges arctæ, & ideo superba, quasq; conferre libeat cum illa Græcorum summa quæ sub ipso Jove datur, cuiq; muros patria gaudens rumpit: Civem servare, hostem occidere: ut quæ eum locum, in quo sit actum, hostis obtineat eo die: ut quæ servatus fateatur: alias testes nil profunt: ut civis fuerit. Auxilia quamvis rege servato, decus id non dant: Nec crescit honos idem Imperatore conservato, quoniam conditores in quocunq; cive summum esse voluere. Accepta (corona civica) licet uti perpetuo. Ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu, in more est. Sedendi jus in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipsi, patriq; & avo paterno. Plutarchus, in Problematis, & in Coriolano, ideo existimat hanc coronam dono datam ei, qui Romanum civem servasset in prælio, quoniam Jovi sacra quercus sit, in cujus tutelâ sunt civitates; & quia ex quercu*

cu antiquitus cibariæ erant glandes : & facile militi fructum quercus exhibeat. Verba Plutarchi in Coriolano: *Marcins strenuè dimicans, in conspectu Dictatoris militem Romanum, qui propè eum fusus humi erat, non deseruit, sed protexit, inferentemque se repulit & interfecit hostem. Itaq; victoriâ dux potitus, illum inter primos coronâ quercinâ donavit. Hæc enim ei qui servavit civem de more datur: sive quercum potissimum in honore habuerint causâ Arcadum, qui glandivori sunt ab Oraculo appellati, sive quod facilis ubique sit ducibus hujus copia arboris, sive sacram Iovi urbium præfidi coronam quercinam rite dari servato cive censuerint. Est etiam Olympia corona, quæ vocatur quercus Capitolina: illam merebât poëtæ ii, qui in agonibus Capitolinis poëmate vicerant. Ii agones Capitolini primum à Domitiano instituti sunt die XI I. ejus, & Sergii Cornelii Dolabellæ, consulatus, exemplo Ludorum Olympiorum. In iis agonibus omne genus artifices certabant: etiam Citharædi, Juvenalis:*

An Capitolinam deberet Pollio quercum Sperare.

Item Martialis, lib. IV. cap. LIV.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus.

His verbis addam, ut antea promisi de tropæis *Tropæum.* aliquid, nam in iis etiam præcipuè quercubus utebantur, etenim illæ Iovi dicatæ erant. Virg. de his tropæis. *Æneid. XI.*

Ingentem quercum decisis undique ramis

Constituit

*Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma
 Mezenti ducis exuvias, tibi magne tropaeum
 Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
 Telaque trunca viri, & bis sex thoraca peti-
 tum*

*Perfossumque locis, clypeumque ex aere, sinistra
 Subligat, atque enssem collo suspendit eburnum.*

Papin. II. Thebaidos.

*Quercus erat tenera jam longum oblita ju-
 venta,*

*Aggere camporum medio, quam pluribus
 ambit*

Frondebis incurvis, & curvo robore cortex:

Huic laeves galeas, perfossaque vulnere crebro

Inferit arma ferens, huic truncos ictibus enses

*Subligat, & fractas membris spirantibus
 hastas.*

C A P. III.

De Fago.

Consecra-
 310.

Fagus, Jovi sacra erat. Unde etiam fagutal, facellum Jovis, cognomento Fagutalis. Varro De L. L. IV. Fagutal, à fago: Unde etiam quod ibi sacellum, Fovis Fagutalis. Plin. lib. XVI. cap. 10. Fagutali, Fovi etiam nunc, ubi lucus fageus fuit. Festus: Fagutal, sacellum Fovis, in quo fuit fagus arbor, quae Fovi sacra habebatur. Omnibus notus est usus fagi, & posse fere ad omnia usurpari manifestum.

De

De mensa, ait Martialis, lib. II. Epigrammate XLIII.

Fulcitur testa fagina mensa mihi. Usus.

CAP. IV.

De Lauro.

Nicander Ætolus, in Alexipharmacis, *Consecra-*
 scriptum reliquit, Æmonia primum apud *tia.*
 Tempe laurum fuisse inventam:

Πολλάκι δ' ἡ οἴνης ἀμιγῆ πόσιν, ἢ δ' ἀπὸ
 δάφνης

Τεμπίδῳ, ἢ δαύκοιο φέροις ἐν καυλίῳ
 κόψας.

Vel purum vitis potum fer, vel dato lauri

Theffala, vel danci canlem cadens.

Est autem sacra Apollini; quod testatur Virgilius Ecloga VII.

*Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho,
 Formose Veneri myrtus: sua Laure a Phæbo.*

Dicitur Laurus Apollini sacra, non solum quia fabula extat, quod Ladonis filia, quam amore Apollo prosequeretur, in illam arborem transmutata sit, ut testis est Ovid. lib. I. Metamorph.

— *At quoniam conjux mea non potes esse,
 Arbor eris certe, dixit, mea: semper habebunt
 Te coma, te citharæ, te nostra, Laure, pha-*
retre.

Notum

*Insigne
Apollinis
Laurus.*

Notum illud est, Laurum Apollinis insigne, perhiberi, ejusque fronde, palma jam posthabita, ejus simulachra coronari. Et non propter ea tantum, quod Laurus in rostro palumbi vim medicinalem indicet, quæ plerisque volucris præsentaneum præbet remedium, quantum quia sit, ut Eusebius ait, ignea, ideoque dæmonibus infesta est. Quando uritur sonum reddat, quod quandam prædicendi vim habet. Ignispicium enim non tantum splendore, verum etiam crepitu portendit, frequentissimo Poëtarum omnium assensu. Ferunt verò Empedoclem, qui animam esse igneam statuebat, lauri naturâ consideratâ, dicere solitum, si homini sit in animal quodpiam transmigrandum, optandum maxime, ut in Leonem transfiret: Commodissimum enim id animæ, quæ hominem incoluisset, hospitium futurum; sin verò arbor esset subeunda, in nullam commodius, quàm in laurum, fieri migrationem. Pindarus, atque Callimachus, Apollinem memorant, interfecto Delphico dracone, Lauream induisse, quasi supplicem: erant enim supplices coronati apud veteres. Aristophanes, dominum, & servum, oracula consulturos, coronatos inducit in Pluto. Quin & Liber lauro coronabatur, in qua ex Indis triumphasse fertur, diesque in illum solennes, Magna olim Corona dicebatur, ut tradit Tertullianus lib. De corona militis. *Sed & alias Liberum principem coronæ, plane laureæ, in qua ex Indis triumphavit,*

Leo & homo.

phavit, etiam vulgus agnoscit, cum dies in illum solennes Magnam Coronam appellant. Laurea itaque Apollini, & Baccho, sacra; illi, ut Deo telorum, huic ut Deo triumphorum. Est & alia ratio, cur laurus Apollini sacra dicatur: tradunt enim veteres, lauro ad dormientium caput depositâ, vera videri somnia. Id ipsum Antiphonem, Philochorum, & Artemonem, qui de Onirocritica scripserunt, retulerunt. Neque quidem Eustathi interpretamentum super hoc parvi fecerimus, qui Daphnen ideo dictam ait, quod $\delta\alpha$ intensivæ particula, & $\phi\omega\nu\epsilon\iota\nu$, quod loqui & canere est, in compositionem accedant. Apud Hesiodum interpres Theogoniæ, laurum ait $\epsilon\nu\epsilon\rho\rho\epsilon\iota\nu$ $\omega\epsilon\gamma\varsigma$ $\sigma\upsilon\upsilon$ $\epsilon\nu\theta\epsilon\sigma\iota\alpha\sigma\mu\epsilon\varsigma$. Hinc vaticinantes lauro coronari solitos, docet interpres Aristophanis. Et qui bella sequebantur vates, in summa galea lauri conum gestabant.

Eustathii
interpretamentum.

Esse vero laurum insigne triumphantium, non ex eo tantum quod apud Ovid. legitur:

Uusus
triumphantium.

*Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas visent Capitolia pom-
pas.*

Sed etiam ex multis veterum monumentis innoscit. Illud quoque satis constat, Imperatores triumpho lauream ad Jovem Capitolinum ferre, atque eam in ejus gremio relinquere solitos.

Jupiter
Capitolinus.

Julius Obsequens: *Cum in agro Pistoriensi Antonius Catilinam devicisset, Laureatos fasces*

ire

in provinciam tulit. Ibi à Dardanis oppressus amisso, exercitu profugit. Apparuit eum hostibus portendisse victoriam, cum ad eos laurum victricem attulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. Plinius lib. xv. cap. xxx. *Fasces Imperatorum* (laurus) decorat. *Ex his in gremio Fovis Opt. Max. deponitur, quoties latitiam nova victoria attulit.* Ovidius,

*Auctorisque sui perfertur imagine mœsta,
Quæ victrix templis debita laurus erat.*

Insigne laurus domibus affixatumphantis magistratus.

Eadem ratione Cæsarum domibus perpetuò laurus affixa, insigne gerebat triumphantis magistratus. Ovidius lib. i. *Metam.* in fabula Daphnes, à Phœbo adamatæ :

*Postibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis.*

Laureata vero Imperatorum capita in nummis passim habentur. Atque hic non incongruum fuerit ea, quæ de laureto, unde triumphaturi laureas sibi decerpere consueverant, memorie prodita sunt, repetere. Liviam quippe olim post Augusti statim nuptias Vejentanum suum revivisse, ibique tum illi Gallinam albam, quæ ramulum lauri rostro tenebat, à prætervolante aquila, quæ illam rapuerat, in gremium demissam, cumque nutriri alitem, pangique ramulum placuisset, tantam pullorum sobolem provenisse, ut Tranquillus ad sua usque tempora villam eam, *Ad Gallinas*, vocitatam attestetur. Tale vero lauretum fuit, ut triumphaturi Cæsares

Gallina alba.

Villa ad Gallinas.

Cæsares inde laureas boni ominis gratia decerperent. Fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodē loco pangere. Adeo vero laurus triumphantium propria fuisse videtur, ut observatum fit in hujusmodi laureto sub cujusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ex quo etiam prodigii causam intelligas, quod Julii Cæsaris cædem præmonstravit, cum pridie idus Martias avis regaliolus laureo ramulo Pompejanæ Curiaē sese inferens, à varii generis volucris, ex proximo nemore persequentibus, ibidem discerpta est. Novissimo vero Neronis anno, in quo Cæsarum progenies defecit, sylva illa Vejentana radicitus omnis exaruit, & quicquid ibi gallinarum erat, interiit. Tali portento fuit Alexandro Severo Laurus alia ingens, & antiqua, quæ in palatio cujusdam civitatis, à quo proficiscebatur ad bellum, quod contra Germanos paraverat, subito collapsa, mortis itidem ejus indicium habita. Contra non temerè boni ominis lauri folia, quæ circa Pompeii fascis illigata fuerant, cum longo itinere per arida & inculta loca jam exaruisissent, eo tempore quo in vico quodam Galatiæ cum Lucullo in colloquium descendit, detracta, & à Lucullianis lictoribus recentia, & viridia, quæ penes eos plurima erant, libenter suffecta: quod summam gloriæ rerum à Lucullo gestarum Pompejum transiturum interpretatum est, ut paulo post subsecutum. Et Romæ lamentabunda Luculli vox audita,

Avis regaliolus.

Curia Pompejana.

Indicium mortis.

Vox Luculli.

Q

Pom-

Pompejus res meas in Asia eleuavit.

Quantum ad aruspicinam pertinet, laurus victoriam aliquando præmonstravit, ut ea quæ in domo Alexandri Severi jam infantuli nata juxta Persicum arborem, intra unum annum Persicum ipsam incremento mirabili superavit: Unde Aruspices futurum prædixere, ut puer is olim Persas vinceret, quod eventu postea comprobatum est: sub eo enim primo Persæ servi apud Romanos fuere, Quare apud Virgilium ex eâ desumptum doctrinâ legas de victore:

— *Viridique advelat tempora lauro.*

Vaticinium.
Laureata littera.

Notum illud est, solitos esse Imperatores Romanos, re bene gestâ literas lauro reuinctas mittere, victoriarum & lætitiæ nuncios, quæ laureata dicebantur, quod in Epistolis ad Atticum, & alibi, testatur Cicero. Hinc Ouidius:

*Non ego victrices lauro redimire tabellas,
Nec Veneris media ponere in ade morer.*

Apud Ammianum Marcellinum, ubi de varietate Constantii loquitur, suorum ducum victorias sibi adsciscentis, laureatas literas missitatas inuenies. Quare Plinius lib. xv. cap. xxx. *Laurus Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuncia, additur literis, & militum lanceis, pilisque.* Unde legere est in Pompeii gestis, cum is in Arcadia equestre certamen ageret, ludi gratiâ, aduenisse tabellarios ex Ponto, gestantes jaculorum cuspides lauro coronatas: ex quo læta nunciare, antequam literas redderent, cogniti sunt: Mithridatem

Tabellarii ex Ponto.

thridatem enim sibi mortem conscivisse nunciaturi venerant. Victores Delphis Pythiis certaminibus eâ peculialiter lauro coronabatur, quæ Delphica nominabatur, cujusmodi genere & *Delphica laurus.* triumphantes Romæ: ea enim longe viridior est, maximis baccis, atque ex viridi rubescentibus: Unde non nulli commentati sunt, in quatuor certaminum præmiis, quæ recensentur ab Archia, per malum grandiores has Pythiæ laurus baccas intelligi: de quo apud Lucianum videas de pomis in templo Apollinis decerptis. *Poma decerpta in Apollinis templo.* Etsi autem, ut ante dictum, laurea corona præmium victori data fuit: non tamen semper idem præmium mansit. Apollo enim initio esculo; post lauro victores coronavit. Hinc Ovidius lib. 1. Metam. de Pythiis, ita;

*Neve operis (Pythonis interempti) famam
posset delere vetustas;*

*Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomita serpentis nomine dictos.*

*Hinc juvenum quicumque manu, pedibusve,
rotave*

Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem.

Nondum Laurus erat: longoque decencia crine

Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Erat enim antiqua consuetudo, jam tum à *Antiqua consuetudo à Theseo.* Thesei temporibus è Creta reducis incepta, ubi ludos Deli instituit, ut victores palmâ coronarentur. Mox, coronis mutatis, mansit tamen consuetudo, ut omnes victores, ubicunque essent,

essent, palmam manibus gestarent, ut ait Pausanias in Arcadicis. At corona laurea propria fuit Delphicorum præmiorum, idque cum ob perpetuum vigorem, tum quia arbor ipsa Apollini sit dicata. Fuerunt qui dicerent hos ludos non ob serpentem ab Apolline cæsum, institutos fuisse, sed ob incolam quendam Pythum (sic enim nominabant Delphos antiqui) ab Apolline confixum sagittis, qui ibi extabuit. Atque per id tempus ita nominabantur ea quæ corrumperebantur, ut in Phocicis inquit Pausanias. Scriptum reliquit Ephorus, quo quidem tempore Apollo in terras devenit, homines sylvestribus fructibus viventes ac ferarum more, mansuevissent: atque id contigisse in Delphis primum, mox ad Panopeam urbem profectum, crudelissimum, & violentum tyrannum, Titium interemisse, audisseque è Parnassis hominibus, alium esse tyrannum, non minus hominibus infestum, Pythonem nomine, atque cognomine draconem, quem & ipsum sagittis Apollo confecit. Atque inter pugnandum cum Io Pæan clamitatum esset, mansit postea consuetudo, ut in Pæanibus, & in epiniciis, & in omni lætitia alicujus victoriæ, conclamaretur, ut est illud Ovid. in secundo de Arte:

Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan:

Decidit in casses præda petita meos.

Jam satis longâ digressionem usus sum: quare nunc ad vaticinium revertar. Laurum Apollini

*Serpentem
Apollo
interficit.*

*Pythos ab
Apolline
conficitur
sagittis.*

Titius.

*Pythosive
Draco.*

*Pæan hym-
nus erat in
laudem
Apollinis.
interfecto
enim Py-
thone,
Apollo ☉
carmini-
bus lauda-
tus fertur,
quæ Pæa-
nas dixe-
runt.
παιάντων
σις.*

Apollini vaticino Deo sacram, futurorum habere præfensionem quandam, creditum vulgo est. Siquidem nil crepitantiùs uritur, sicuti à Lucretio lib. VI. proditum quoque novimus, istis verbis:

*Nec res ulla magis, quam Phœbi Delphica
laurus,*

*Terribili sonitu flammâ crepitante crema-
tur.*

Nam ex hinc Daphne dici videtur, velut Eustathius interpretatur; etenim δὲ intentionis vim habet, Φωνεῖν verò loqui est, ac canere, quod antea etiam dixi. Igitur eventus rerum ex crepantis modo veteres aucupabantur: quod nec Porphyrium latuit: nam si crepuisset abundè, ac sonantius, haud dubie portendi felicitatem rebantur. Quod significat illo versiculo Tibullus lib. II. eleg. v.

*Felicitas
ex sono.*

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.

E diverso, si tacita deflagrasset, inauspicatissimum infelicissimumque arbitrabantur: Quod approbat etiam Propertius, lib. II. eleg. XXVIII.

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Nam & Claudianus, *venturi præsciam laurum* Mytholo-
dixit: nisi quod opinantur plerique, lauri ^{gæ lib. I.}
folia, si noctu pulvillo subjiciantur, verita-
tem somniorum conciliare. Quod Fulgentius <sup>Lib. 2. de
raptu Pro-
serpina.</sup>
non omisit. Scribit Hesiodi Theogoniæ inter-

pres, laurum ἐνεργεῖν πρὸς σὺ ἐνθεσιασμός, id est, *efficacis esse auxiliū in numinum afflatu*: propterea Lycophron, δαφνηφάγων φοῖβαζεν ἐκ λαμῶν ὄπα. Hinc aperitur Tibulli locus de Sibylla, lib. II. eleg. VI.

*Vera cano, sic usque sacras innoxia laurus
Vescar, & æternum sit mihi virginitas.*

Ex hoc & Latinus poëta item dixit, *laurumque momordit*. Certe δαφνηφάγος dici vaticinantes scimus. Et Aphthonius περιμν. divinationis symbolum esse laurum testatur, eaque de causâ Apollini dicata, ut patet ex Theocriti epigrammate primo,

At nigris foliis lauri tibi, ὁ Pythie Apollo.

Et Ovid. Metamorph. lib. I. Constantinus γεωπονικῶν libro XI. Καὶ τὸ μὲν δένδρον ἄπὸ τῆ παρθένου δάφνης ὠνόμασεν ὀμωνύμως. λαβὼν ἢ ἄπὸ τῆ φύλῃ πύργου, ἐσεφανάσατο, καὶ μανλικῆς ἐκλοτε σύμβολον ἐγχετο τὸ φυτόν. Hesiodus cum gustasset laurum, factus est Poëta, & præteritorum futurorumque cognitionem accepit, ut ipse cecinit in Theogonia, his verbis:

Καὶ μοι σκῆπτρον ἔδων δάφνης ἐρηθιλέτῃ ὄζον
Δρέψαθς θηηλόν. ἐνέπνθσαν δέ μοι αὐδῶ
Θείω, ὥσε κλύοιμι τὰ τ' ἐσόμενα περὶ τ.
ἐόντα.

Dionysius item in Panegyricorum ratione, laurum μανλικὸν φυτόν appellat, id est, vaticinam arborem: sicuti Eustathius quoque, qui & Apollinis corollam fuisse lauream scribit, quam secum

Gustatio
lauri effi-
cax.

secum tulerit Chryses, in Græcorum exercitum veniens. Lycophronis interpres in Alexandria, putat omnia fabulosè narrari, nisi quod Chresmologi, & vates, futura præcinebant, lauro coronati, ut quæ vireat semper, ac sit alexicaca. Vorare autem laurum inde dicuntur, quoniam ferè victum & vitæ sustentationem habeant, di- ^{Propter} ^{vitam di-} ^{vinare.} vinationem capturis. Quibus verò cogrentur numina vel recedere vel accedere, illis versibus, à Porphyrio appositis commonemur, qui fermè talem sensum latinè habent:

Solvite fersa, pedes liquidis & spargite lymphis,

Eque manu ramum, lauros auferte virentes;

Linea sitque omnis deleta, omnisque character.

Porrò ad laurum etiam attinet, ut sciamus, Daphnen puellam in arborem hanc transformatam, sicut Mythicis placet, & Ovidius dixit, à Spartanis summis honoribus fuisse affectam: sed mutato nomine, Pasiphaën nuncupatam, à quâ certissima ederentur oracula, quod in Agide Plutarchus scribit. *Fuit Pasiphaes fanum & ora-* ^{Pasiphae.} *culum Thalamis cultum, quam nonnulli unam Atlantidum Iove natarum fuisse perhibent, Ammonis matrem: alii Casandram Priami filiam ibi mortuam, & quod omnibus efferret (græce id pâsi phenein dicitur) oracula, Pasiphaam cognominatam.* Credebatur item laurus efficax adversus venenum. Inde jactatum, ut qui se tutum ^{Contra ve-} ^{nenum} approbare vellet, *δαφνίλω* diceret *φογω*

*laurus va-
let, & uno
verbo anti-
dotum est.*

βακλιναίαν, id est laureum gesto baculum.

Laurum quoque gestabant in festo Apollinis natalitio Atheniensis, quod ἐβδόμη dicebatur ut explicatè videre est apud Patrem meum Joannem Meursium, lib. III. de festis Græcorum.

C A P. V.

De Palma.

*Julianus
Imp. Orat.
V.*

*Soli conse-
crata pal-
ma.*

Palma ab Apolline processit, ut Libanius testatur, cujus hæc verba: Φοίνιξ παρῆλθεν Ἀπόλλωνος. Ideo etiam Musis, Apollo quarum præses, sacra putatur. Sed *Palmae dactylos* ideo fortasse quispiam interdictos existimat, quod in Phrygia, ubi ritus primum illi editi sunt, nulla proveniant. At ego propterea, quod sacra Soli illa arbor sit, & senectutis expers, ad alenda corpora crediderim in Casto non placuisse consumi. Secundum hæc nullo piscium genere vesci conceditur. Sed hæc nobis cum Ægyptiis communis est questio. Ac duabus quidem de causis jure mihi quispiam vel perpetuo abstinere videtur. Prima, quod, quæ Diis minime sacrificamus, ea in cibum adhiberi nequaquam deceat.

*Signum
victoriae.*

Palmam arborem nobilem, & victoriæ signum esse lib. I. carmin. Oda. I. Horatius testatur.

— Palmaque nobilis

Terrarum dominos evehit ad Deos.

Et etiam, quia ponderi non cedit, sed adversus pondus

pondus affurgit, in signe victoriae esse placuit; non solum, quia semper vireat, (hoc enim illi cum multis aliis commune) sed maxime, quia haec arbor nullo pondere gravari potest, quin surgat, & se elevet. Quam ob rem victoribus traditur, quod non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Sed quare haec arbor potissimum delecta sit ad eum usum ab antiquis, A. Gellius causam reddit, lib. Noct. Att. III. cap. VI. scribens, arbori Palmæ peculiare quiddam inesse, quod cum ingenio fortium, virorum conveniat. Per hercule rem mirandam Aristoteles, in septimo problematum, & Plutarchus, in octavo sympotiacorum, dicit. Et Plutarchi quidem verba super haec reperi in eo, quem Gellius citat libro :

Φοίνικος γὰρ ξύλον, αὐτὸ ἀνωθεν ἑπιθεῖς βαρυπέζης, ἔκάλω θλιβόμενον ἐνδιδωσιν, ἀλλὰ κυρῆται πρὸς τὸνανθιον, ὡσπερ ἀνλισσόμενον τῷ βιαζομένῳ. Ταυτὸ δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀθλητικὸν ἀγῶνα ἐστὶ, οὗ μὲν ἐπ' αἰσθενείας καὶ μαλακίας εἰχόντας αὐτοῖς πίζουσι κάμπτοντες, οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομόνοντες πύσιν, ἔκ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίροντο ἢ αὐξάνουσι, id est, nam palma

lignum, si superimposito pondere graviter premas, ^{Natura} palma. ^{palma.} haud deflectitur deorsum, verum in contrarium curvatur: perinde quasi resistens oneri vim facienti. Hoc ipsum sanè accidit & in certaminibus athletarum. Etenim qui per imbecillitatem animiq; molliciem cedit illis eos premendo deflectunt. At qui

Q 5 fortiter

fortiter in eo studio perdurant, hi non modo corporis robore, verum etiam animi prudentiâ provehuntur atque augentur. Unde etiam ponitur pro signo victoriæ, aut pro ipsa victoriâ.

Virg. *Æneid.* lib. v.

Usus apud
victores.

— Meritaque expectant premia palma.

Ore favete omnes, & tempora cingite ramis.

Palma quoque dicitur causa certaminis; ut annotat Donatus in illud Terentii ex Prologo Phormionis.

— In medio omnibus

Palmam esse positam, qui artem tractant muscam.

Et Palma inter arbores valida: in diversum enim curvatur. At Populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Idem affirmat Theophrastus, lib. De plantis v. cap. VIII. *Palma prævalida est, & in diversum quàm ceteræ incurvatur. Quippe cum reliquæ omnes in inferiora flectantur, palma è contrario fornicatim se flectit.* Hoc virilis animi robur, cum palmæ genuina vi congruens, Virgilius scitè descripsit, cum ait:

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,

Quam tua te fortuna sinet.

Nec abhorret hinc Horatianum illud: lib. iv. oda v.

Duris ut Ilex tonsa bipennibus

Nigræ feraci frondis in Algido

Per

Per damna, per cades, ab ipso
 Ducit opes animumque ferro.
 Non hydra, secto corpore firmior,
 Vinci dolentem crevit in Herculem,
 Monstrumve summifere Colchi
 Majus, Echionieve Thebæ.
 Merses profundo, pulchior evenit:
 Luctere, multa proruet integrum
 Cum laude victorem, geretque
 Prælia conjugibus loquenda.

Item, ut docet Servius, in lib. II. Æneid. significat palma togam, quæ etiam toga palmata dicebatur, à palmâ in eâ intextâ: & propriè triumphantium fuit, quam merebantur ii, qui de hostibus palmam reportassent. Pausanias in Phocicis. *At palmam aneam dicarunt Athenienses cum Minervæ signo inaurato, duplicis victoria monumentum, quâ una eademque die potiti sunt, ad Eurymedontem, pedestri acie, & navali pugna, prospere in eo ipso flumine commissa.* Sed quoniam nunc incidimus in sermonem de palmatâ togâ, frustra non fore persuasi mihi, etiam cætera togarum, & tunicarum genera, animo antiquitatis studium amanti narrare. Tacitus lib. II. Hist. *Ipsè Vitellius à ponte Milvio insigni equo paludatus, accinctusque senatum & populum ante se agens, quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta prætexta, & compositio agmine præcessit.* Quibus verbis platum fit, prætextam, saltem temporibus illis, Toga palmata.
Palma anea.
Prætexta apud Hebræos originem invenere.

triumphalium non fuisse. Cicero, in oratione pro Cluentio, togam prætextam adnumerat inter ornamenta senatoria, his verbis, *Senatorem hoc queri non posse, propterea quod, ea conditione proposita, petere cœpisset: quodque permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset, Locus, Auctoritas, Domi splendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus imperia, provincia.* Quod tamen de senatoribus intelligit, qui magistratum adepti sunt. Trabea verò erat triumphantium, & toga picta. Scribit Plinius, lib. VIII. cap. XLVIII. *Vestes pictas jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natae.* Certè apud Homerum Helena inducitur, vestem purpuream texens, & in eâ Græcorum Trojanorumque pugnas intexens:

— ἢ ᾗ μέγαν ἐσὸν ὕφαινε

Δίπλακα πορφυρέω, πόλεας, ᾗ ἐνέπασεν
αἰέθλης,

Τρωῶν δ' ἰσποδάμων, καὶ Ἀχαιῶν χαλκο-
χιτώνων.

vestis picta Pictas verò vestes, ni fallor, ἄνθινὰς appellant, quarum multa mentio apud Athenæum, Strabonem, & alios. Ausonius, *Trabea ut in pace consulum, sic in victoria ducis triumphantis.* Fortasse inde trabeæ consulares dictæ ab Ammi-
ano, quæ tamen palmate quoque dicebantur, credo à victoriâ. Martialis lib. 7. Epigr. 1.

Palmateque ducem, sed cito, redde toge.

Paulus

Paulus Æmilius in triumpho quem de rege Perse victo duxit, trabeâ auro pictâ ornatus processit. Plutarchus in Æmilio, ἀνὴρ καὶ δίχα ποσώτης ἐξ ἐστίας ἀξιοθέαι & ἀλεργίδα χρυσόπασον ἀμπερόμυ &. Aufonius, *Palmatam*, inquis, *tibi misi in qua D. Constantinus parens noster intextus est.* Plinius tamen lib. viii. videtur pictam & trabeam, ut diversa posuisse. Plutarchus in Romulo, αὐτὸς ἢ περὶ ἀθηρῶν μὴ τῶ ἀρίστων ἀλεργίδι κενωσμημέν &. hoc est, ipse verò præsidebat cum optimatibus trabeâ ornatus. Eam fuisse opinionem Plutarchi meæ sententiæ particeps est: Cum Romulum trabeatum fuisse appareat ex Plinio lib. Nat. Hist. ix. cap. xxxix. *Purpure usum Romæ semper fuisse video, sed Romulo in trabea.* Virg. lib. vii. Æneidos.

Triumphus Æmilius.

Trabeatus Romulus.

*Ipse, Quirinali trabeâ cinctusque Gabino
Insignis, referat stridentia limina consul.*

Suetonius in libro de generibus vestium, dicit, tria esse genera trabearum. *Unum diis consecratum, quod est tantum de purpurâ; aliud regium, quod est purpureum, & habet tamen album aliquid; tertium augurale, de purpurâ & cocco mixtum.* Hoc loco omittere nolui, quin narrarem, quod de togâ pictâ scripsit Festus Pompejus. *Picta que nunc toga dicitur, antea purpura vocitata est, eratque sine pictura. Ejus rei argumentum est, pictura in eade Vertumni, & Consi. Quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papirius Cursor triumphâtes ita picti sunt. Quæ verò haberēt triumphantibus*

Tacitus
Annal.
lib. iv.

phantes ornamenta, quorum frequens mentio apud Tacitum & Plutarchum. Livius in x. secundi belli Punici docet, his verbis: *Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximisque ornatum laudibus; aureâ coronâ, aureâ paterâ, sellâ curuli eburneâ, & scipione eburneo, togâ pictâ, & palmatâ tunicâ, donat.* Addit verbis honorem, neque magnificentius quicquam triumphantibus ampliolem eo ornatu esse. Quibus verbis ni fallor, annumerantur ea, quibus ornabantur triumphantes. His ipsis verbis etiam palam fit, quæ sint illa antiqua patrum munera, quarum meminit Tacitus libro IV. Annal. *Missus est è Senatoribus qui scipionem eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, regemque & socium atque amicum appellaret.* Togam pictam Livius lib. xxxi. purpuream appellat; *Dona ampla data, quæ ferrent regi, vasa aurea, argenteaque, toga purpurea, & toga prætexta.* Quare falluntur, qui togam prætextam pro purpurea sumpserunt. Cicero in M. Antonium Philippicâ secundâ: *Sedebat in rostris collega tuus, amictus togâ purpureâ, in sella aurea, coronatus: ascendis, accedis ad sellam.* Plutarchus in Antonio, hanc vestem purpuream, vestem triumphalem vocat. Καίσαρ ἢ κεκοσμημένῳ ἑοδῆτι δευραμικῆν ἢ καθήμενῳ ὑπὲρ βήματῳ ἐν ἀγορᾷ πρὸς Ἀγαθέοντας ἐθέατο. Quin & his Livii verbis adducor, ut credam vestem illam, quam sacri Evangelii scriptores purpuream, & purpuram dixerunt,

dixerunt, fuisse togam purpuream, quæ & picta dicebatur, in Servatoris nostri ludibrium scilicet, tanquam à S. P. Q. R. missam illi, qui se regem Iudæorum diceret, ut mentiebantur Iudæi. Trabearum tria sunt genera, ut scribit Suetonius. Quorum autem mentio antea facta. In funebri pompâ utebantur & equites trabeâ, si Tacito credimus, qui in libro III. de funere Germanici sic ait: *Igitur tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur, precedebant incompta signa, versi fasces: atque ubi colonias transgredierentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaque funerum solemnia cremabant.* Et fanè fuit tempus quum trabeæ essent equitum, ut conjectare licet ex Martiale, lib. v. epigr. XLII.

*Theatra loqueris, & gradus, & edicta,
Trabeasque & idus, fibulasque, censusque
Et pumicata pauperes manu monstras.
Sedere in equitum liceat an tibi scammis,
Videbo Dindyme, non licet maritorum.*

Porro de Palma.

EX sacris Ægyptiorum literis Palmæ significata plurima traduntur, quorum præcipuè quatuor ex gravissimis auctoribus feligere visum est: quippe annum, mensem, justitiam five æqualitatem, atque victoriam significabat; quorum significatum causæ diligentius examinanda

dæ sunt. Reliqua, utpote manifestiora, spontè, nullâ sollicitata curâ, provenient.

I.

*Cur annum
mensis
Palma
significet.*

Causæ verò, cur annum Palma significet, tres perhibentur, eaque omnium prima: quod sola omnium arborum, per ortus Lunæ singulos, ramos singulos prognerat. Atque ita etiam significatum mensis totidem adnumerarent. Par itaque ut si annus exprimi debeat, Palma duodecim ramis prædita figuretur. Sed etiam, etiamsi hæc non adfuerit curiositas, annum omninò significabit, vel quantum ad mensis attinet, quod in officulis ejus ea maximè figura expeteretur quæ lunata esset, quam contra fascinationes pollere plurimum arbitrabantur. Lunam autem maximè cavam, qualis est cum octo & viginti dierum numerum explevit, cornibus, scilicet infernè dejectis, mensis indicium esse in cœlestibus. Dianaque ipsa apud Homerum Apollinis hymno, mensis & anni arbitros paritura, Palmam amplexata describitur. Altera causa est, quod Palma, ut Babylonii tradunt, referente Plutarcho, trecentas & sexaginta utilitates mortalibus elargitur, ideoque anni simulachrum & infigne; tot enim diebus annus constat, intercalaribus quinque subductis. Alia ratio est, quod Palmæ fatus quatuor ex lignis, sive ossa ea malueris appellare, quæ, uti paulò ante dictum, in ejus fructibus insunt, fieri solet, quæ bina juxta composita subter, binaque supernè colligantur, pronaque omnia ferunter, quorum inde radices amplexu

*Babylonii
decantant
palmam,
quod, ipse
CCCLX.
utilitatum
genera præ-
beat Plu-
nius lib.
13. cap. 4.*

amplexu mutuo connectuntur, atque ita primi ortus promiscui coalescunt, & unus ex cunctis caudex conficitur.

Non dissimulabo quasi $\alpha\tau\epsilon\pi\epsilon\rho\zeta\omicron\nu$, quod II.
 Quintus Græcus auctor asperum quendam lo- Cur tem-
 cum, & admodum editum, superatuque per- poris diu-
 difficilem ponit, in cujus vertice Palma confur- turnita-
 gat, cujus in cacumine insideat virtus: ex mon- tem.
 tis utique asperitate labores varios, ex Palma tem-
 poris, ut Hesiodi interpret ait, diuturnitatem
 innuens. Non enim putabat quempiam ad per-
 fectam aliquam virtutem pervenire posse, nisi
 per labores, quos diu tolerasset. Temporis autem
 diuturnitas quo convenientius signo figuretur,
 quàm per id, quod anni & mensis habetur hie-
 roglyphicum adeo manifestum? Sententiam
 hanc ita sibi desumpsit Quintilianus: *Desinit in*
adversa niti qui pervenit ad summum, scandenti
circa ima labor est. Quod Pierius ita retulit.

Incipit oppositam pedibus qui repere molem,

Eximio superat grande labore jugum.

Ut tenet aërei placidissima culmina montis,

Languida felici membra quiete levat.

Pastus amaritiem rigida radice acerbam,

Molliculi glutit, dulcia mella favi.

Hoc Sophiæ asperioris iter Superantule per-
gas,

Dummodo post fellis pocula nectar habes. III.

Æqualitatem verò ea de causa significabat, quod Æqualita-
 cum initio Soli dicata fuerit ante Laurum, gra- tem cur
denotet.

R

villimi

viffimi auctores afferunt, & Phœbum & victores hac, non aliâ quapiam arbore coronari solitos. Quæ cum æquale effret victorum omnium præmium, æqualitatis inde fymbolum affecuta est. Sanè Plutarchus & Pausanias auctores sunt, Palmæ pretium, qua multis in certaminibus victores æquè coronarentur, à Theseo primum institutum, cum à Creta reversus in Delum applicuiffet, & Apollini ludos edidiffet. Sive eâ de causâ fit excogitatum, quòd arbor ea foliis fit maximè æqualibus, ideoque victoribus conveniret, quòd æqua eorum laus atque præmium effret.

IV.

*Cor Palma
Iustitiæ
Symbolum*

Præter hæc incorrupta est Palmæ materies, ac propemodum senii nescia, perinde ac decet incorruptos esse, neque unquam temerè flecti aliorum quorumquam arbitrio, Justitiæ administratores. Folia demum, nisi vi tollantur, nunquam amittit, quare illam congruenti epitheto ἀείφουλλον, atque etiam ἐμπεδόφουλλον appellaverunt, cum & Laurus, & oliva, & Myrtus, ac aliæ quædam, quibus est perennis foliorum viror, succrescentibus aliis priora decutiant. Eademque immobilitas expetitur in Justitiâ. Quòd verò ponderibus resistat, & in adversum incurvetur, facere idem iudices debent, at reluctabundi, seductores, pellacesque omnes detractare, neque mulieribus, neque violentiæ cedere. In hanc sententiam Levitico celebrandis feriis xv. mensis septimi, Palmarum furculos,

furculos, quos Græci spathalas à gladii forma vocant, Legislator fumendos præcipit. Theologi per eos juvenescencia Justitiæ germina interpretantur. *Justus enim*, ait Psalmodographus, *sicut Palma germinabit*: propterea quòd nihil est in universa Palma, quod respui debeat, ita tota ab intima medulla ad extremum usque folium humanæ necessitatis usibus est commoda, idque multipliciter, perinde ac in iis, qui justè vivunt, nihil reperias, quod non undecunque utile sit ac commendabile.

Neque quidem ea de causa tantum Palma Solis hieroglyphicum est, quòd anni vicissitudines referat, quam quòd figuram solarium radiorum imitari quodammodò videatur. Unde sacerdotii veteris auctores, qui (ut Proclus ait) à rebus apparentibus superiorum virium cultum adinvenerunt, ab hac similitudine solare quid in Palma esse arbitrati sunt. Et apud L. Apulejum legas, mystico eo sacro quo initiabantur Ifidi, caput, ad solarium radiorum similitudinem ostendendam, Palmæ candidæ foliis in modum radiorum profistentibus redimitum.

Victoriæ demùm in Palma significatum, ex numis, picturis, sculpturisqne omnibus universæ jam plebeculæ manifestum est. *Eaque elocutio toties usurpata Ciceroni: Docto oratori Palma danda est. In quadrigis*

V.

Palma Solis Hieroglyphicum.

VI.

Victoriam significat.

qui *Palmam* primus acceperit. Quam *Palmam* utinam dii immortales tibi, Scipio, referrent. & similia. Et causam multi prodidere præcipue verò Plutarchus *Symposiacōn* Libro octavo, quam etiam posuerat Arist. nempe si super arboris ejus lignum, magnum quantumlibet pondus imponas, Palma minimè deorsum cedit, nec infra flectitur, sed adversus pondus refurgit, & sursum nititur in contrarium fornicata. Eaque de causa in certaminibus *Palmam* signum esse placuit victoriæ, quoniam uti dictum est, ingenium ejusmodi ligno est, ut urgentibus prementibusque non cedat. Videre verò est *Palmam* caudicibus sursum versus collectis in numo *Neroniano*, ubi idem ipse aprum impetit veru, victoriæ nimirum, quam de confectâ ferâ consecutus esset, hieroglyphicum. Et felicitis augurii causa *Augustus* *Palmam* inter juncturas lapidum enatum ante domum suam, in compluvium *Deorum Penatium* transtulit, utque coalesceret magnoperè curavit, *Cæsar* factum secutus, qui castris locum capiens, inter sylvas, quas cædebat, repertam *Palmam* conservari ut omen victoriæ jussit. Adhæc *Cæsarina* victoriæ adversus *Pompejum* in *Pharsalia* prælio commisso *Tralibus* *Palma* ostentum dedit, exorta repente eodem fermè tempore, quo hæc gesta sunt, penes *Cæsarina* statuæ basin, quæ in templo victoriæ dicata erat: quamvis omnis circa statuam locus natura solidus, & durissimo lapide instratus esset:

atque

atque hujus generis ostenta multa apud veteres memorantur. Minimè verò prætereundus est numus æreus cum ingenti Palma, eaque dactylis foecunda, cujus inscriptio est, AL. AE. quæ procul dubio victoriam Alexandriae Ægyptiacæ significat: quod ut magis explicetur, ab altera facie spica est cum inscriptione, ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

DESUMUNTUR hieroglyphica plerumque à rebus quas egregiè aliqua regio ferat: ut Cyrenaica per Silphium, quod in Batti numis cufum videas. A palmarum verò feracitate Judæa ejus arboris pictura significatur. Sanè in Titi numis passim videre est ejus provinciæ simulachrum arbori Palmæ adalligatum, cum inscriptione, JUD. CAP. Ubi verò inscriptio est Cæsaris Vespasiani, atque ibidem JUDÆA CAPTA, mœsta sedet ipsa manu quasi faciem complodens, adstat ipse juxta Palmam. In alio cum eadem inscriptione signum est, quod dextra altè innititur pilo, lævâ sceptrum gestat, lævumque pedem jacenti galeæ superponit.

Contra verò, vel dejecta, vel casu aliquo vitiata, jacturæ imminentis prodigium habebatur: veluti ænea illa quam Athenienses in Delphici Apollinis templo dedicarant: rei adversus Medos feliciter gestæ monumentum. Paulo antè quàm adversus Syracusanos moverent, infaustæ signum expeditionis fuit: quòd ejus fructus, qui ex auro constabant, Corvi, alites inauspicatæ

.XI

VII.
*Palma Iudæa Hieroglyphicum.*VIII.
Jactura signum Palma.

pluribus diebus impetierunt, eosque partim devorarunt, partim dejecerunt.

IX.

Innocentia.

Ne verò & hoc prætereamus, in sacris litteris eo loco ubi, *statua tua similis facta est Palme*, legitur, Ambrosius significari ait viriditatem pueritiæ, atque naturalem ejus innocentiam, quam à vitæ primordio receperimus, servandam esse, & ut fructum nullo foliorum defluvio suo tempore maturemus, admoneri. Idque de Afferatore nostro piorum conventus canere, *Fustus ut Palma florebit*. Tarde verò proficit Palma, sed, diu in viriditate persistit, ait Eucherus: ita Ecclesia sancta per multas difficultates ad firmum fidei statum venit, auctaque jam & propagata, statura nimirum diuturna.

X.

Piorum vita.

Significat & piorum vitam Palmæ species: propterea quòd sicut interior ejus caudex & tenuis est, & corticum scabritie perplexitateque minimè jucundus: superior verò pars visenda, tum trunci tum ramorum amplitudine, amænæque pulchritudine viriditatis expanditur, ita piorum conditio prima facie contemptibilis videtur sed in mirificam demum exit morum virtutumque pulchritudinem. Sed cur non ipsa Eucherii sanctissimi doctissimique viri verba subtexam, in hanc sententiam? *Habet quiddam aliud Palma, quo à cunctis arborum generibus differat. Omnis enim arbor quæ in suo robore juxta terram subsistit, crescendo superius angustior evadit, & quantum paulisper sublimior,*

mior, tantum in altum redditur subtilior. palma verò tenuis ab imo inchoat, & juxta ramos aut fructus ampliori robore conturgescit. Quibus itaque alia arbuta nisi terrenis mentibus assimilari possunt, inferius vasta, superius angusta? quia nimirum omnes mortalium in hoc seculo degentium delectationes in terrenis rebus sunt fortes, in cœlestibus debiles. Pro temporali enim gloria usque ad mortem appetunt desudare: pro spe verò perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimas unius verbi contumelias ferre non possunt. Ut terreno judici totos dies assistant, fortes sunt: in Oratione verò coram Deo vel unius horæ momento lassantur. Sæpè nuditatem, vigiliis, famem pro acquirendis divitiis & honoribus tolerant, & multa se abinentia cruciant: Quod bis, aut semel, in hebdomate pati, pro salute animi, gravissimum ducunt. At contra ex æqualitate Palmarum designantur justi; qui vita proficiunt, qui nequaquam in terrenis studiis sunt fortes, & in cœlestibus debiles, sed longiùs atque distantiùs studiosos se Deo exhibent, quàm seculo fuisse meminerunt. Rectè itaque, ut supra dictum, *justus ut Palma florebit.* Illud addam ex sextis Hebræorum castris apud Hieronymum: *Veni XII. dulcis aquæ fontes ad Elim reperti, XII.*

indicarunt Apostolos de quorum fontibus aqua derivata, universi terrarum orbis ariditatem affluenter irrigarunt, ita Palma numero septuaginta cibum ostenderunt, quem mortales à totidem secundis Apostolis oppositum essent accepturi.

Cibus enim doctrina, uti sæpiùs dictum. Quoniam verò crux Domini, quæ Palma ea est, in quam assensurum esse Dominum Prophetæ prædixerant, longo stipite & in altum surrecto, in transversumque latè porrecto fuisse fertur, significasse etiam videtur illud, *cum exaltatus fuero, omnia traham ad me*: ipsa enim manuum extensio duos populos, Israëliticum & Gentilem ad Deum trahere, & in unum congregare videbatur, ut seniores dixisse scribit Irenæus. Non abs re fuerit, ut piis quacunque ratione possumus satisfacere studeamus, signum id & victoriæ & salutis, quo pacto pii veteres figurarint, adscribere. Contus erat prælongus, cujus apex in ϵ , græcæ literæ similitudinem incurvabatur: inde paulò infra χ , Græca identidem litera suâ insignis decussatione addicta erat, Christi nomen ostentat. Inde qui crucis signum faceret bacillus transversus, cui velum aut mappula solebat appendi vexilli loco. Hæc duo significabant apud Græcos, quorum characteribus signata erant, **CHRISTUS PASSUS & CRUCIFIXUS**. Inde pro delubro pedamentoque aliquo, vasis alicujus forma, orbicularis, aut oris, aut aliis gestaminibus

bus castrensi more altero super alterum sufflexis subjiciebantur, in hunc scilicet modulum. Quod ultimo loco subjicimus forma loculi est, in quem vexilla figebantur; Agite verò qui hoc signum sequimini, & in ejus imperium jurastis, salutem vobis atque victoriam inde certissimam pollicemini. Non enim tumultuarium hoc, aut temerè concitatæ cujuspiam multitudinis fortuitum est signum, quod elementa porrò omnia, quod humana omnis natura, quod bruta, quâ licet, exprimere conantur. Dissecatur terra punctis quatuor, à quibus ductæ lineæ crucem figurant. Puncta, Oriens, Occidens, Septentrio, & Meridies. Sanctius in ea animal Homo, brachia cum precatur in crucem extendit, vel saltem pectus signat à fronte ad umbilicum, ut descensum à cœlo in terras nostri numinis indicet. Mox ab læva, à corde quippe ad dexteram papillam, (in dextra enim bonorum operum motus) crucem delineat. Per mare verò quæ volitant navigia, si optatum cursum arreptura sint, antennas malo in crucis effigiem applicant: quæque cœlum alites secant, passis alis crucem ostendit. Nos igitur faciem & pectus cruce signati, tutius & animosius unumquodque virtutis opus aggrediamur, fluxarum cogitationum inundationes transeamus incolumes, præpetique volatu supra cœlum atollamur, adminiculo signoque crucis omnia feliciter executuri, stratique & superatis dolo-
fissimi hostis insidiis, ejusque conatibus everfis,

in Domini nostri cruce tantum gloriari, tro-
pæa, more veterum, victoriarumque trium-
phos ipsa cruce designata suspendamus.

X I.

*Homnis
simula-
chrum
Palma.*

Palma, in mysticis literis celebratissima, duplici de causâ hominis simulachrum esse putatur: primum quia fructum non fert sine coitu, sed replentur ejus rami gemmis masculis, quasi femine quodam: deinde quia in superiore parte habet quasi cerebrum, quod Hebræi *Halulab*, Arabes verò *Chedar*, vel *Gemar* vocant, quo corrupto moritur arbor, sicut cerebro læso homo interit, quod quidem huic soli inter plantas contingit: tertio quod comam in cacumine habeat, & ramos in manuum modum protensos, fructus digitorum figuram præ se ferentes, unde dactyli, id est, digiti sunt appellati: pulpa quoque ipsorum fructuum caro nuncupatur, multum sanitati confrens, & vel ex vi quadam animali, vel ex Phœbea natura summæ nutritionis, adeò ut multi sancti patres vitam in solitudine agentes, eò solùm cibo contenti fuerint: quemadmodum & hodie quoque multi in Africa populi eo tantum fructu victitant.

C A P.

C A P. VI.

De Populo.

Fama est, Herculem Cerberum per Acherontem fluvium in lucem eduxisse, ut scribit enarrator Nicandri : Ἀχέρων ἢ ποταμὸς ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ, ἐνθα τὸ τῆ ἀδὲς κύνια Ἡρακλῆς ἐξήγαγε, καὶ ὁ λόφος Ἀκόνιτος λέγεται. *Acheron fluvius est Heraclea Pontica, quâ Hercules Plutonis canem eduxit, atque collis Aconitos dicitur.* Hujus fluminis aquam insuavissimam fuisse, sicut etiam Cocyti, scripsit Pausanias in Atticis, cujus alumna est alba Populus, ut Oleaster Alphei, Populus nigra Eridani: quare cum ad Cerberum Hercules per eam portam accessisset, dicitur fuisse alba Populo coronatus, cum ob caliginem tamen inferorum sit postea nigra illa corona, de quâ apud Padum defossa, nata est nigra Populus ut fabulantur. Qui ad aram maximam, Herculi sacra faciebant, solâ lauro coronari soliti à quibusdam traduntur. Qui tamen Virgilii auctoritate convincuntur, qui ita lib. VIII. Æneid. cecinit.

Herculea bicolor cum populus umbra

Velavitque comas, foliisque innexa pepen-
dit

Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Populus non habet alium usum, nisi quod *Ufus.*
fit

fit commoda & tractabilis in sculptura. Ut
Vitruvius testis est lib. II. de Architecturâ.

C A P. VII.

De Cedro.

CEdrus sacra est Eumenidibus five Noctis filiabus. Nam Eumenides fuisse Noctis filias testatur Lycophron in Cassandra his verbis:

Ἡμεῖς ξυαίμεν πατρὸς αἰνυκτὸς κόρηι

Πρὸς αὐτοφόντῳ αἰνὸν ὠπλισῶν μῦρον.

Fratres ubi patris puella filia

Noctis, paraverunt graves in mutuas

Cædes.

Alii Noctis & Acherontis filias fuisse Eumenides, illas Plutonis, five Iovis terrestris & Proserpinæ filias dixit in his:

Κλῆτέ μου Εὐμηνίδες μεγαλώνομοι Ἄφρονι
βελῆ,

Ἄγραι θυγατέρες μέγαλοιο Διὸς χθονίοιο.

Φερσεφόνης τ' ἑρατῆς κόρης καλλιπλοκά-
μοιο.

*Audite Eumenides me orantem mente be-
nigna,*

*Terrestris Jovis, & casta, & dignissima
proles*

Infernae Junonis.

Hesiodus in eo libro quem scripsit de origine Deorum, è terra ex Saturni sanguine natas esse

Erinnyas

Erinnyas putavit, cum Iupiter patri pudenda
abscidit, ac guttæ sanguinis in terram cecidissent,
ut est in his :

Ὅσας γὰρ ῥαθάμιγες ἀπέστυθεν αἵμα-
τέσας

Πάσας δέξασθαι γαῖα. ἀεὶ ἀπομένων δὲ
ἐνιαυτῶν

Γείνατ' Ἐριννῶς τε κροταφῆς, μεγάλης τε
Γιγαντίας.

*Tum quæ fluxerunt atro de sanguine guttæ,
Terra bibit cunctas: mox & habentibus annis
Edit Erinnyas hæc tristes, magnosque Gi-
gantes.*

Quas Latini Furias appellavere, Græci Erin-
nyes, & Eumenides in primis dixere. Has &
Plutoni deservire, prodidit antiquitas. hinc
Virgilius :

*Hæ Fovis ad solium, sævique in limine regis
Apparent, acnuntque metum mortalibus
agris,*

*Si quando lethum horrificum, morbosque
Deum rex*

Molitur meritis, aut bello territat urbes, &c.

Hisdem etiam veteres commotæ mentis affectus
adumbrabant, proptereaque furoris deas existi-
mabant. Semper verò virgines etiam proverbio
dictæ, quod cum malefactorum ultrices sint,
facile corrumpi non possint, quin etiam pœnas
de delinquentibus sumunt: Suidas author. Ci-
cero pro Roscio Amerino: *Nolite putare, que-*
madmodum

madmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè scelerateque commiserint, agitari & perterrerì Furiarum tædis ardentibus: sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat. Et paulo post: Hæ sunt impiis affiduæ domesticæque Furia, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, Suetonius de Nerone: Sæpè confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac tædis ardentibus. Sed omnis hac de re plana Tragœdia. Erinnyes quidem ideo sunt vocatæ, quasi, ἔρις ὄρε, hoc est, mentis lis. Eumenides verò per contrarium ἡ καὶ μὴ ὄρε, quasi non bona mens.

*Mereri immortali-
tatem.*

Cedro dignum dicere solemus, quicquid judicare volumus immortalitatem mereri. Hujus arboris ea natura est, ut cariem non sentiat: quare oleum cedrinum, auctore Vitruvio, Libros à tineis conservat. Illi folio non decidunt hujus oleo peruncta, nec ipsa quidem cariem sentiunt, aut tineam, ut ne clavum fixum teneat. Et quia materia æterna est, atque diurnitatem in se habet, fiunt ex ea in templis lacunaria ut, testis est Isidorus, & simulachra. Vide Plin. Lib. 13. cap. 5. & 13. Diosco. Theophrastus Lib. III. Ovid. Lib. 1. Trist. Elegia. 3.

Nec titulus minio, nec Cedro charta notetur.

Martialis:

*Quæ cedro decorata purpuraque
Nigris pagina crevit umbilicis.*

Gyraldus

Gyraldus testatur Hist. Deor. Syntagmate XVII. *Fumus Cedri & Citri.* etiam Iliacis temporibus morem fuisse, ut nec thure, nec costo, sed Cedri & citri fumo Deos adolere solerent.

Cedrus celsitudo gloriæ.

Cedri nomine celsitudo gloriæ in electis accipitur; sicut & propheta testatur, dicens: *Iustus ut palma florebit: & sicut Cedrus, quæ est in Libano, multiplicabitur.* Hyssopus autem herba humilis est, saxo hærens: qua signatur humilitas Christi. Redemptor quippe noster à Cedro usque ad hyssopum disputavit: quia ab altera excellentia cælestis gloriæ, usque ad carnis humilitatem descendendo pervenit. Siquidem & Cedri nomine, pravorum superba elatio descendendo pervenit. Siquidem & Cedri nomine, pravorum superba elatio designatur, sicut per Davidem dicitur: *Vox Domini confringentis Cedros.* A Cedro itaque Christus usque ad hyssopum disputavit, quia ipse pravorum corda & humilium judicat. Super ligna autem disputavit, dum in cruce pependit. Tunc enim è cedro seculi arrogatiam inclinavit, quâdo eam usque ad hyssopi humilitatem, id est, usque ad crucis stultitiam ac contemptibilem fidem deduxit.

Christus usque ad hyssopum disputavit

C A P. VIII.

De Larice.

Consecra-
tio.

ETiamsi lubens voluerim de consecratione laricis mentionem facere; quandoquidem tamen nullos auctores libri mihi præbent, eorumque testimonia negant, coactus eam præterire, de usu saltem aliquantulum narrare animum induxi. Certè miraculum naturæ est, laricem non solum ex succi amaritate vehementi à carie tincâque non noceri, verùm nec flammam recipere nec ardere per se, nisi ut saxum in fornace ad incoquendam calcem, lignis uratur aliis: nec flammam ideo sic quoque recipit, nec carbonem remittit, sed spatio longiore vix comburitur. quod sit nimia ignis & æris temperatura. Laricem autem non reddere carbones, veritati minimè consentaneum, quamquam Vitruvius de Castro Larigno à Cæsare oppugnato, & Palladius lib. xi. id affirmant; nam in fornacibus ardet, & in carbones vertitur, ferrariis officinis utilissima, Matthiolo & Dodonæo testibus.

Cæsaris
exercitus
circa alpes.

Vitruvius de Architectura lib. ii. cap. ix. *Et autem materia quemadmodum sit inventa, est causa agnoscere. Divus Cæsar cum exercitum habuisset circa Alpes, imperavissetque municipiis præstare comeatus, ibique esset castellum munitum, quod vocabatur Larignum, tunc qui in eo fuerunt, naturali munitione confisi, noluerunt imperio*

imperio parere. Itaque Imperator copias jussit ad-
 moveri. Erat autem ante ejus castelli portam
 turris ex hac materie alternis trabibus transver-
 sis, uti pyra, inter se composita altè, ut posset de
 summo sudibus & lapidibus accedentes repellere
 tunc verò cum animadversum est, alia eos tela
 prater sudes, non habere, neque posse longius à mu-
 ro propter pondus jaculari, imperatum est fascicu-
 los ex virgis alligatos & fascies ardentes ad eam
 munitionem accedentes mittere. Itaque celeriter
 milites congesserunt. Postquam flamma circa
 illam materiem virgis comprehendisset ad calum
 sublata, effecit opinionem, uti videretur jam tota
 moles concidisse. Cum autem ea per se extincta
 esset & requieta, turrisque intacta apparuisset,
 admirans Caesar, jussit extra telorum missionem
 eos circumvallari. Itaque timore coacti oppidani
 cum se dedidissent, quesitum est unde essent ea
 ligna, quæ ab igne non lederentur: tunc ei de-
 monstravere eas arbores, quarum in Italia Alpi-
 bus, haud procul à Tridento sitæ: juxta Bena-
 cum ad Padum fluvios maximæ sunt copix; ut
 refert Dodonæus. Et ideo id castellum La-
 rignum, item materies larigna est appellata.

Turris in-
 tacta.

S CAP.

C A P. IX.

De *Æsculo*.

*Æsculus
Herculis &
Iovis sacra.*

*Axes
querna non
debent
cum æscu-
lis mis-
ceri.*

E Phorus scripsit lib. 2. *Æsculus* in sacris *Herculis*. Quæ etiam à nonnullis *Jovi* adscribitur. *Æsculus*, ait *Palladius* in *Novembri*, *adificiis & vidicis apta materies*. Sed cavendum memoravit *Vitruvius* in *ruderatione* commodè perficienda. *Ne commisceantur asses æsculini quernis*. Quod *Palladius*, libro I. cap. IX. ita expressit. *Deinde ut axes querna cum æsculeis non misceantur*. Nam *quercus* humore concepto, cum se cœperit siccare, torquebitur, & rimas in pavimento faciet, *æsculus* autem sine vitio durat. Sed si *quercu* suppetente *æsculus* desit, subtiliter *quercus* siccetur, & transversus atque directus duplex ponatur ordo tabularum, *clavis* frequentibus fixus.

C A P. X.

De *Cupresso*.

*Cupressus
derivatio.*

C Yparissus autem dicitur, per synæresin, *Cypressus*: deinde, conversione y in u, *Cupressus*. *Cyparissus* *Telephi* filius fuit, amatus ab *Apolline*, vel, ut alii, à *Sylvano*. qui cum lassatus æstu, sub quadam arbore somnum caperet, subito strepitu excitatus, cervum, quem in delitiis

delitiis habebat, feram credens, per ignorantiam, emisso telo occidisset: & fletu nimio & abstinentiâ cibi ac potus tabesceret, misericordia Deorum in arborem cupressum conversus est, aptam & consecratam lachrymis, & luctibus. Alii, hunc Cyparissum, Cretensem puerum pulcherrimum & castissimum fuisse: quem quidam ab Apolline, nonnulli Zephyro amatum volunt: qui cum castitatem suam incorruptam tenere cuperet, relicta Cretâ, ad Orontem fluvium & montem Cassum dicitur pervenisse, atque in Cupressum arborem commutatus: quæ arbor ideo mortuis consecratur, quod semel cæsa nescit renasci. Virg. lib. II. Æneidos.

Et urbe egressis tumulum, templumque vetustum Cupressus
mortuis
consecrata.

*Desertæ Cereris, juxtaque antiqua cupressus,
Relligione patrum multos servata per annos.*

Virgilius ponit Cupressum, quæ est sacra Diti; & funebri signo ad domos ponitur. Nam moris Romani fuit ramum cupressi domui funestæ præponi, ne quis Pontifex per ignorantiam ingressus pollueretur. Hinc Horatius in Oda

*Mos Romanus
de
comburendis ramis
Cupressi.*

— *Neque harum, quas colis, arborum,
Te præter invisas cupressos,
Ulla brevem dominum sequetur.*

Cupressus etiam inferis sacra est: quia cæsa nunquam revirescit. Virg. lib. VI. Æneidos.

*Cupressus
inferis.*

*Ingentem struxere pyram : cum frondibus
atris*

*Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt decorantque super fulgentibus
armis.*

Adhibetur Cupressus ad funera : vel quod cæsa non repululat : quod bis ante dixi ; vel quod per eam funesta ostenditur domus ; sicut lætam frondes indicant festæ. Varro tamen dicit, pyras idè Cupresso circumdari, propter gravem utrinæ odorem : Plinius propterea eam arborem Diti sacram esse scribit. Et ut sæpius dictum, funebri signo ad domos posita. Silius lib. 10.

*Cupressi
usus in
pyras.*

*At ferale decus mœstas ad busta cupressos,
Funereas tum deinde pyras certamine texunt.*

Et Claudianus. lib. 2. de raptu Proserp.

—— tumulos tectura cupressus.

Sed cupresso non utebatur popularitas.

Lucanus.

Et non plebeios luctus testata cupressus.

Simulare cupressum. Cupressus etiam proverbialiter in usu est, nempè *simulare cupressum*. Hinc Horatius in arte poëtica.

Et fortasse cupressum

*Scis simulare quid hoc, si fractis enatat ex-
pes*

Navibus, ære dato ?

Acron proverbium esse admonet, ortum ab imperito quopiam pictore, qui præter cupressum nihil

nihil noverat pingere. A quo cum naufragus quidam petiisset, ut vultum suum exprimeret, ac naufragium suum depingeret, interrogavit ille num ex cupresso vellet aliquid adjici. Res ea primum in jocum, deinde etiam in adagium abiit. Concinnè usurpabitur in eos, qui quod didicerunt, id ubique intempestiviter inculcant, cum ad rem nihil attineat.

C A P. XI.

De Ficu.

Ficus, mortalibus elegantioris vitæ magistra fuit, vel hoc argumento, quod locum ubi primum arbor hæc reperta est, sacram ficum Athenienses vocaverunt, ipsiusque fructum *ἡμνησίαν*, id est unctioris ac cultioris vitæ ducem, quòd antè mitiores cibos omnes inventus fuerit. Ficuum genera plura. Atticum memoratum ab Antiphane in Homonymis. Laudans enim agrum Atticum, inquit:

*Qualia fert, ô Hipponice, ista regio,
Excellentiora quam universus orbis, mel,
Panem, ficus, Ficus enim, ita me amet Iu-
piter,
Abundè gignit.*

Ister in Atticis prodidit, vetitum fuisse caricas exportare in Attica nascentes, his indigenæ ut soli fruerentur. Cum verò multi furtim avehere deprehenderentur, delatores qui apud iudices

illos accusarent, vocatos principiò fuisse Sycophantas. Alexis in Poëta :

Sycophantæ nomen immeritò

Viris improbis est tributum.

Nam qui foret bonus, & urbanus, is debuit
Indicatis ficibus mores approbare suos.

Nunc autem flagitiosos cum sic nominent,
Dubitare id cogit, cur ita factum sit.

Philomnestus libro de Sminthiis Rhodiis scripsit Sycophantam inde nuncupatum fuisse, quod illis temporibus è ficuum mercatura, vini, olei, tributa colligerentur, ac portaria, & mulctarentur qui ea non solvissent, è quibus in administratione reipublicæ sumptus fieret: itaque coactores qui exigerent, & eorum proventum suis rationibus ostenderent, ut credibile est, appellatos fuisse Sycophantas, ad idque munus delectos fuisse cives spectatissimos, atque optimæ fidei. Laconicæ ficus meminit Aristophanes in Agricolis his verbis :

Ficus omnes ego seram, præter Laconicas.

Infestæ namque sunt illæ, ac tyrannicæ :

Nec enim pusillæ ferent, si animosè plebem

Odio non prosequeremur.

Ficum scilicet eam pusillam vocat poëta, quòd exigua & humilis planta sit. Alexis in Olynthio, cum Phrygiæ ficus mentionem facit, ait :

Et divinus cibus, à matre datæ mihi delitiæ,

Carica ficus.

Ficus à Phytalo primùm inventa, nam ajunt ab

eo Cererem hospitio acceptam, eique fici stirpe donata gratiam relatam. id versus testantur in Phytali sepulchro incisi:

Hinc Cererem tectis Phytalus susceperat heros,

*Cui primum sacri largita est semina pomi,
Quam mortale genus ficum vocat, illius ergo
Muneris, aeterno hic Phytali gens floret honore.*

Σῦκον ἐφ' ἑρμῆ, id est ficum Mercurio. De prompto, & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquus mos erat, ficubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat tollere ficum Mercurialem, cuicumque libitum fuisset: vel quod is Deus furibus favere creditus est, vel juxta parcemiam illam κοινὸς ἑρμῆς, communis Mercurius. Huc allusit Persius cum ait:

Inque luto fixum possis transcendere nummum,

Nec gluto solvere salivam Mercurialem?

Unde proverbium; ficum cupit. Σῦκον αἰτεῖ: *Ficus Mercuriales cur dicitur*
id est, ficum petit. In eum dicebatur, qui commoditatis alicujus gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quod olim Athenienses agricolis blandiri soleant, ut ab illis ficos præco quas acciperent, in proverbium verterunt, ut commodi adulantem, ficos petere dicerent. Aristophanes in vespis:

Σὺ δὲ νῦν σῦκα μὲν αἰτεῖς.

id est.

Tu verò nunc ficos à me petis.

[Ἀδελφίζειν]

Ἀδελφίζειν dicuntur, qui vocabulis adoptivis alicui blandiuntur. quod hodieque apud Italos vulgatissimum est, ut quibus blandiuntur fraterculos appellent. Dictum est autem ἀδελφίζειν καὶ μακαρίζειν. Horatius in Satyris.

— *Frater, pater, adde.**Ut cuique est etas, ita quemque facetus ad-
opta:*

Rursus alibi:

— *Pater**Audisti coram, nec verbo parcius absens.*

Hujus exemplum est apud Aristophanem in Equitibus. Item apud Plautum, cum alias, tum in Pseudolo. Sic amans herus blanditur servo suo:

*Dic utrum patrem an matrem te resalutem
Pseudole.*

Ab eruditis agitur quæstio, qui fiat, ut ficus arbor amarissima fructum producat prædulcem, ac pinguedinis multæ: adeò, ut Ananius jambographus etiam σῦκα τῆ χειροῦ χρέασω, id est, auro pronuntiarit esse ficos meliores. Accidit admirationi, quod inter frugiferas arbores ficus modò est ἀνάθη, id est circa flores. Quòd verò nec de cælo tangitur, id utique amaritudi-
ni acceptum referri oportet. Id genus quippe
non

non attingunt fulmina, quod Vitulus comprobabat marinus, atque hyæna. Ratio autem propositæ ambiguitatis illa esse nonnullis videtur, quod arboris dulcedo, quantacunque fit, in fructum fecernatur: proinde, quicquid reliquum fiat in ligno fucci, in amaritudinem degenerare.

C A P. XII.

De Fraxino.

Non parva erat apud Antiquos diligentia in eligendis lignis, quæ convenirent singulis sacrorum generibus: quoniam non ex quibusvis lignis ignis accendebatur, sed ex lignis in legibus nominatis. Sic in sacris Martis nulla ligna, nisi fraxinorum urebantur. Fraxinus vocari fertur, quod magis in asperis locis montanisque fragis nascatur. Hinc per derivationem fraxinus, sicut à monte montanus. De quo Ovidius, *Et fraxinus utilis hastis*. Vitruvius lib. II. *Fraxinus habet humores, nimiumque aëris & ignis, terreni temperata mixtione, propter humoris abundantiam, non habet rigorem, sed celeriter pandat, simul autem vetustate est arida facta, aut in agro perfecta, qui inest ei liquor stanti, emoritur, fitque durior & in commissuris & in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipit cationes.*

*Diligentia
in lignis
eligendis.*

*Fraxinus
sacra Martis.*

C A P. XIII.

De Ilice.

*Consecra-
tio.*

I Lex Jovi sacra. Arbor de amplissimis, ut robur, materie spissa & robusta, sed quæ frangatur ac diffiliat sponte sua: ob id Pericles Bœotios ilicibus dixit esse similes, ut est apud Aristotelem, quoniam ipsi se conficerent intestinis discordiis. Notatu quoque dignus locus Suetonii in vita Octavii Augusti, cap. xcii. *Apud insulam Capreas veterrimæ Ilicis demissos jam ad terram, languentes ramos convalescere adventu suo adeò letatus est, ut eas cum Republ. Neapolitanorum permutaverit.* Instar etenim lætissimi ominis id habuit Augustus: quemadmodum aliis olim fuit inter tristia omina cornicem ex ilice argutantem audire; juxtà vulgare illud:

Sape sinistra cavâ prædixit ab Ilice cornix.

C A P. XIV.

De Oleastro.

Terra initio fuit aquis adobruta, emerfitque primùm Attica: cujus amore ducti Neptunus & Minerva de civitatis constituendæ nomine litem intenderunt. Ideò Jovi complacitum, ejus esse urbis pontificium, qui pulcherrimum excogitasset munus, tunc portubus & navibus ab Neptuno urbem excultam,
Minerva

Minerva oleam producente in Acropoli : quo argumento evasit superior. Unde institutum oleastro coronare. Hercules, ut qui fratrum suorum natu maximus erat, cursus certamen reliquis suis fratribus per ludum proposuit, victoremque oleastri coronâ donavit. Magnam verò illos oleastri copiam habuisse : siquidem sua etiam cubilia ejus arboris viridi fronde substernebant. Stirpem quidam eam fuisse ex Hyperboreis ab Hercule primùm ad Græcos deportatam Pindarus dicit. Ο Λ Υ Μ Π. Γ.

*Herculis
cursus cer-
tamen.*

*Ufus
Oleastri in
Coronis.*

*Hyperborei
sunt gentes
supra
Aquilones.*

*Consecra-
tio.*

Apollini Deo facer etiam fuit Oleaster, qui juxta oleam & palmam natus sit, ut quidam putarunt. Quidam verò opinantur, quòd illa planta solem maximè amet, cum in locis frigidis non nascatur. Quòd illi facer sit, ita Theocritus ait. in Herc. Leonicida :

*χλωρή τ' ἀρξιάλαιος Ἀπόλων Ἐννομίσιο,
Ἱερὸν ἀγνὸν ἕξεινε, πελοτάλοιο θεοῖο.*

*Atque virens oleaster Apollinis ipse sacratus,
Ac purus, coma sacra Deo frondescit adulto.*

Scripsit Maro lib. XII. Æneidos.

*Fortè sacer Fanni foliis oleaster amaris
His steterat, nautis olim venerabile lignum,
Servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti divo, & votas suspendere vestes.*

*Oleaster
sacer Fan-
no.*

Id Virgilius non temerè scripsit, sed ex ritu prisca superstitionis : præcipuè Græcorum, qui ante fana in oleastris suspendere dona solebant & affigere. Illius enim arboris vivacitas
tanta

tanta est, ut si multis configatur clavis, nihil ta-
men lædatur, Aristophanes in Pluto.

Oleastro Ὡσπερ κελίω δεροπατηλαδύσω τελίω,
vivacitas. Id est, ceu oleastro adfigam isti.

C A P. X V.

De Pinu.

*Pinus sa-
cra Fauno.*

FAUNUS antiquissimus omnium regum in
Latia fuit, qui Aboriginibus imperavit, ho-
mines more ferarum viventes in mitiorem vitam
redegit, lucos sacravit, locis & urbibus nomina
dedit, ædificia erexit, templa ædificavit: quæ
ideò à Fauno fana dicuntur quòd pontifices sa-
crificando illic fantur. Fama est hunc Faunum
Satyrorum & Faunorum patrem, sororem ha-
buisse Faunam, vel ut alii maluerunt, Fatuam:
ab eâ vates, fatuarii dicuntur. Hæc tra-
ditur mulierum castissima: ideò eam Roma-
ni Bonam Deam appellavere. Habuit filium
Sterculinum: qui primus agrorum stercoratio-
nem invenit, & idcirco inter Deos fuit relatus.
Coronabantur hi pineis ramis, quòd illa arbor
grata sibi esse putaretur, ut testatur Ovid. in
Oenone.

*Cornigerum caput pinu præcinctus acuta
Faurus in immensis, qua tumet Ida, jugis.*

*Pinus Pa-
ni.* Pinum quoque arborem Pani attribuit Constan-
tinus in lib. XI. Geoponicōn, ubi & fabulam
exequitur Pitys puellæ, in hanc arborem muta-
tæ:

tæ: aliter licet Phornutus tradat. Verba Constantini. *Pinus puella prius erat, & mutationem naturæ exactè duplicis assumpsit. Amabat enim puellam Pan. Amabat eandem etiam Boreas. Quum autem puellam alliceret, ipsa Panis amore magis afficiebatur, & ob hanc rem Boreas emulatione motus, puellam in petras impulit, ac neci tradidit. Terra porrò miserta cladem, plantam puellæ cognominem reddidit ac produxit. Et permutata vita erga eosdem plures affectus servat, & Pana quidem germine suo coronat. Flet autem & lamentatur, ubi Boream afflantem percipit.*

Hermesianax elegorum scriptor Atten Calai *Pinus ma-*
Phrygis filium ad suscipiendam sobolem inuti- *g. matri*
lem factum ab ipsa Dea scripsit: qui cum adole- *sacra.*
visset, magnæ matris ceremonias in Lydia monstravit. Quare tanto in honore fuisse apud Deam dicitur, ut, Jupiter illud graviter ferens, immanem aprum in segetes Lydorum immiserit, à quo & alii Lydorum complures, & ipse Attes fuerit interemptus. Fama est præterea Atten in arborem Pinum ab ipsa Dea conversum fuisse, quare pinus matri Deum fuit consecrata.

Pinea silva mihi multos dilecta per annos.

Apud Maronem Lib. ix. dicit mater Deum. In Ida autem monte, ubi sanctissimè colebatur, pinus abundabat, & ei pineus lucus facer erat: Claudianus lib. i. de raptu Proserp.

— *densis quam pinus obumbrat*

Fronibus,

Fronibus, & nulla lucos agitante procella.

Ac pinus arbor erat Deum matri dicata, ut Ovidius ait, lib. x. Metamorph.

— *Cybeius Attis*

Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.

*Pinus in
agro Mile-
sio.*

Pinea nux apud Martialem: *Poma sumus Cybeles.* ea primum in agro Milesio Cariæ visa est; & inde Pityussæ nomen Mileto datum. Nam pitys Græcè pinus appellatur, è cujus ramis in pervigilio Cereris lectisternia Milesii constituerunt. inque omnibus Deæ sacris apud eos: verbenarum usum pinus exhibeat ad ostentandam generis vetustatem. Quod in symposiaco scribit Didymus. Alii noctibus initiorum coniza solum sternebant: quòd ejus herbæ vis est ut venerem comprimat. Ut Nicandri scripsit interpres. Apollodorus lib. III. de Diis ait. *Idea matri quercum dicatam quæ prima tectum mortalibus & victum suppeditavit.* Idam Pinetis conferat Virgilius indicat, qui multo carmine celebrat Æneæ naves ex Idæa pinu constructas. in gratiam Cybeles ab incendio servatas Nereidibus accessisse. Stadius,

Pergama pinifera multum felicior Ida.

CAP.

CAP. XVI.

De Platano.

Platanus à latitudine foliorum dicta, vel quòd ipsa arbor patula sit & ampla. Nam *πλατὺς* Græci latum vocant. Sed quod ad consecrationem attinet, platanus fuit Genio dicata. *Consecra- sio.*
Et porrò ejus usum Martialis indicat Epigramm. lib. III. ajens, de villa Faustini, ad Bassam.

*Bajana nostri villa, Bassa, Faustini
Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduatæque platano, &c. id est, sterili sine
fructu.*

Platani erant in usu apud Romanos, vel in villa, *Usus in hortis.*
vel in hortis urbanis, ad umbras inambulationum, quem usum docuerunt Athenæ. Illic *Platani*
enim primùm visæ sunt platani, xxxvii. cubitorum umbris luxuriantes in philosophorum *visæ sunt*
otio. Propterea Juvenalis cum de recitatione *Athenis.*
poëmatum loqueretur ait:

*Frontanis platani, convulsaque marmora
clamant:*

Quoniam, ut supra dictum est, earum arborum umbræ ad otium literarum primùm sunt inventæ. Hinc Propertius lib. II. in eundem modum:

*Porticus anleis nobilis Attalicis,
Et creber pariter platanis surgentibus ordo.*

Platanus arbor est peregrina, umbræ tantum gratia

gratia expetita : quæ arbores in tantum venerant honorem , & in tantis fuere delitiis , ut mero nutrentur , auctor Plinius lib. XI I. cap. I. Scripsit Macrobius Saturnali. lib. 2. cap. x. *Hortensium platanos suas vino irrigare consueviffe.* Ejusque sublata umbra multoties mensas appararent. Hinc Virg. lib. IV. Georgic.

Atque ministrantem Platanum potantibus umbram.

Munimentum ab infidiis atque veneficiis.

*Ciconia
gestans
folium pla-
tam.*

Munimentum ab infidiis atque veneficiis, per Ciconiam platani folium gestantem significari : ea siquidem hujusmodi folio nidis imposito , editis ovis ea ab injuria noctuarum defendit. Compertum enim est , si noctua ea contigerit , fascinari : incubationem quippe omnem , ac si ova essent subventanea , irrita fieri , quod observavit Ælianus. Novit verò Ciconia amuletum id , ut eò non accedat Noctua , ubi platani folium fuerit.

C A P. XVII.

De Smilace.

*Proserpina
Cereris fi-
lia.*

Vtebantur in Sicilia in sacrificiis Cereris non floreis quidem coronis , neque in aliis ejus sacrificiis , quia ob memoriam raptæ filix colligentis

gentis flores, illi fuerunt vetiti. At myrteis coronis, & Smilace utebantur, ut ait enarrator Sophoclis. Et Smilax Baccho, quoque sacra est.

C A P. XVIII.

De Tilia.

Plinius duo genera tiliæ comprobat; *In tilia,* inquit, *mas & fœmina differunt omni modo.* Namque & materies maris dura, rufiorque ac nodosa, & odoratior. Cortex quoque Crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert aut florem, ut fœmina; quæ crassior arbore, materie candida præcellensque est. Mirum in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi: foliorum corticisque succum esse dulcem. Sed tilia tamen in tota *In Scythia* Scythia alimentum apibus præbet. *apes.*

C A P. XIX.

De Loto.

Lotus arbor præcipua Libyæ, cujus floris *Libyæ* suavitatem homines rerum omnium oblivisci dicuntur: unde Lotophagi populi, qui eam præsertim abundant, ut Homerus, Plinius, & Strabo, cujus verba jam sequuntur, scribunt. *Meninx* *insula* *Meninx.* *insula* Lotophagorum terra putatur, & ibi signa quedam extant, ut *Vlyssis ara,* & fructus ipse. Nam lotos arbor crebra in ea est fructu *sua-*

suavissimo, plura etiam in ea oppida sunt, sed unum eodem nomine quo insula. Herodotus in Lib. IV. Melpomene: Lotophagi è solo loti fructu victitant: qui fructus est instar fructus lentisci, suavitate assimilis fructui palmarum. Ex hoc fructu lotophagi vinum conficiunt. Propter autem floris hujus arboris suavitatem, homines redduntur immemores omnium rerum. Hinc etiam proverbium ortum, Λωτοδ'έφαγες, id est, lotum gustasti. De iis dicitur, qui diutius in peregrinis regionibus hærent, veluti obliti reditus. Neque inconcinnè dixeris in eos, qui simulatque semel voluptatem inhonestam gustarint, ad pristina studia revocari non queunt. Sumptum à fabula Lotaphagorum: de quibus meminit Homerus Odyss. lib. ix. narrans quemadmodum Ulyssis focii, gustatâ apud lotophagos populos herba loto, redire ad navem noluerint, nisi verberibus adacti:

*Peregrina
regione.*

*Ulyssis fo-
cii.*

— Ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσι οἷς.

Τῶν δ' ὅστις Λωτοῖο Φάγοι μελιηδέος καρ-
πῶν,

Οὐκ ἔτ' ἀπαυγείλαι πάλιν ἤθελεν, εἰδὲ νέεσθαι.
Ἀλλ' αὐτῆ βέλονται μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, μὴ μέμνη, νόσῃ τε λαθέσθαι.

id est,

Verum illis lotum degustandum exhibuere.

Ast horum qui quis loti gustat at amicum

Et suavem fructum, neque nuncia protinus illi

Ulla remittere cura, nec ipse redire studebat,

Verum

*Verùm inibi cum Lotophogis remanere vole-
bant*

Obliti reditus, capturi germina loti.

Est autem lotus (quam eandem celtim dici docet Dioscorides lib. 1.) arbor, de quâ Plinius lib. 13. *Cap. 17.* *Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti terræ-que dederit. nimis hospitali, advenarum oblivione patriæ.* Est & herba ejusdem nominis gratissima & ipsa palato, de quâ permulta Theophrastus lib. De plantis IV. cap. IX.

Antinoi meminit Callixenus Rhodius natione, in suis libris de Alexandria, his verbis: Quandoquidem est injecta de Alexandria mentio, scio in ea pulchra civitate coronam quandam textam è loto ibi nascente, vocari Antinoiam. In paludibus lotus gignitur æstatis tempore: floris duplex color: alter similis rosæ masculinæ: ex hoc nectuntur coronæ, quas propriè vocant Antinoias: alterius cyaneus color est, è quo lotina fit corona. Pancrates quispiam indigena poëta Adriano Imperatori cum esset Alexandriæ, velut ostentum ingens, ac miraculum, spectandum præbuit lotum roseum, & Antinoium vocandum esse dixit, illumque terra procreatum, perfusa cruore Mauri leonis, quem in Libya Alexandriæ finitima, dum venaretur, Adrianus prostraverat belluam ingentem, quæ diu Libyam ita vastaverat, ut ejus magna pars esset deserta. Delectatus Imperator hominis inventione, quam novam excogitarat, annonam ex

*Antinoia
corona.*

*Inventio
Imperato-
ri placet.*

reditibus ei largitus est. Cratinus comicus in Vlyssibus, locum *σεφανώματα*, vocant Athenienses. Pancrates in poëmate non inveniuste scripsit :

Serpyllum crispum, album lilium, atque hyacinthum

Purpureum, flavi chelidonii folia :

Ei rosam, vernis Zephyris hiscentem :

Nondum florem Antinoi cognominem tellus ediderat.

C A P. XX.

De Moro.

Quid de Moro arbore scribant veteres medici non dicam, sed tantummodo historiam five Poëticam fabulam quam Ovidius scribit, narrans quæ sub ea arbore Thifbi contigerunt, memoraturus sum. Pyramus & Thifbe tam forma quàm ætate pares, cum Babylonix, quam Semiramis regina muro cinxerat, contiguas habitarent ædibus, per rimam parietis sæpè colloquentes, amoris fundamenta jecerunt. Tandem etiam inter se pacti sunt, ut matutino tempore ad monumentum Nini regis sub arbore moro convenirent. Cum autem sub lucem celerius Thifbe ad constitutum se reciperet locum, conspectu lænæ exterrita, abjecto amictu, in sylvam refugit. At fera à recentis præda ad fontem vicinum decurrens, vestem virginis relictam ore cruen-

*Pyramus
& Thifbe.*

cruento laceravit. Post Thisbes abitum, Pyramus ad locum destinatum aliquantò seriùs cum venisset, amictum sanguine conspersum reperit. Existimans igitur eam à fera devoratam, sibimet ipsi suo gladio mortem consciscit. Deinde Thisbe deposito metu, ad eundem reversa locum, cum videret se necis causam adolescenti præbuisse, ne diutiùs in mœrore sola existeret, eodem ferro se transfixit: quorum cruore morus aspersa albos suos fructus in sanguineum convertit colorem.

C A P. XXI.

De Lentisco.

HÆc arbor perpetuò viret: terque in anno fructus profert, & triplici fructu tria arandi tempora demonstrat. Quod Ciceronis sententia cujus verba subsignabo, testantur.

*Tria
Arandi
tempora in
Lentisco.*

*Fam verò semper viridis, semperque gravata
Lentiscus, triplici solita est grandescere foetu:
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat
arandi.*

Lentiscum mandere, Σχίνον Ἀγρεώγειν, Græco proverbio dicuntur ii, qui nimio comendi corporis studio superfluunt: nam ex lentisco dentifricium fieri consuevit. Is est pulvisculus quidam candidandis dentibus comparatus. Fiebant & dentiscalpia ex lentisco: hoc est,

Ufus.

cuspides quædam purgandis detentibus accommodatæ. Martialis in Apophoretis :

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis

Defuerit, dentes penna levare potest.

Quin & Dioscorides libro primo indicat, lentisci succum ex aquâ decoctæ figere vacillantes dentes, si eo colluantur: tum & cuspides hinc factas si affricentur, utiles esse dentibus abstergendis. Hujusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, & *αροσφωγες*, id est, lentisci arrosores appellantur. Nam dentium cura olim ut delicatis probro dabatur: & Apuleio inter reliqua crimina objectum est, quòd dentifricium parasset.

Dentiscalpium instrumentum erat, quo dentes scalpebantur. Et id ex lentisco fiebat frusce.

C A P. XXII.

De Cornu.

Cornus arbor est habens ramos, duritie & rigiditate similes. fructum circa solstitia ferens, primò candidum, postea sanguineum. Quod autem porrò ad usum ejus pertinet, apta habita est in hastis conficiendis. Virgilius Lib. 2. Georgicorum.

———— & *bona bello*

Cornus.

Idem auctor lib IX. Æneidos.

Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus.

Id est, telum ex corno factum.

C A P.

C A P. XXIII.

De Pyro.

VRbana Pyrus arbor est Malo procerior; ramis non in latitudine effusis, sed altum pentibus: caudex subinde crassus: ligni materies admodum tractabilis, ad typos, ex ea sculpendos valdè accommoda. De Pyris, ἡ ἀπίων, jam loquar, quandoquidem ab illis Peloponnesum Apiam cognominarunt, quoniam, ut Ister in Argolicis, in ea regione frequentissima est illa planta.

Ufus.

Conviviis apponi solita pyra cum aqua, ostendit sic Alexis in Brutia:

A. Vidistin' aliquando

Esurentibus pyra hominibus apposita.

Cum aqua multa? B. Sape hercule, quid ita?

A. Nonne semper quisquis selegit, ac capit,

*Ex iis quæ adventant, quod maturum est
maximè?*

B. Scilicet.

Pyra quidem non sunt Amamalides, ut quidam *Amamalides.* arbitrantur, sed alterum genus fructus suavioris, absque nucleo. Aristomenes in Baccho:

An nescis, inquit, in Chio generari Amamalidas?

A pyris has discrepare, & suaviores esse, Æschylides libro Georgicorum monstrat, cum de insula Ceo loquitur, quam ait optima pyra edu-

care, & quas in Jonia vocant Amamalidas, carentes nucleo, grati saporis, dulces. Aëthius libro quinto de limitibus Samiorum, si modò verè illius hoc est opus. Omomelidas ipsas nominat Pamphilus libro de linguis & nominibus, Epimelidas pyri genus esse tradit Antiphon in libris de Agricultura, Phocidas quoque inter pyrorum genera.

C A P. XXIV.

De Ceraso.

ARbor nota, à Cerasunte Ponti civitate sic dicta. quam quum Lucullus delevisset, inde illam Romam transtulit, & à civitate cerasum appellavit. Arbor cerasus dicitur, fructus cerasum.

C A P. XXV.

De Buxo.

*Buxus pro
tibi Phry-
gia.*

BUXUS ex avulsionibus plantatur, & clavis, & ramis, depositis in plantario post Idus Novemb. Gaudet autem humidis locis semper viridis existens. Ex Buxo etiam fiebant tibiæ, ut scribit Virgilius lib. IX. Æneid.

*Tympana vos buxusque vocat Berecynthia
matris*

Idee:

Non abs re, cum vellet significare tibiæ Phrygiam,

giam, buxum posuit, sed materiam tibiæ Phrygiæ propriam nominavit. Nam ut Afrorum tibiæ è loto erant: sic Phrygum è buxo. Polux de tibiæ genere loquens, ἔλυμα, inquit, πλὴν μὴ ἄλλω πύξιν, τὸ δὲ ὄρημα φρυγῶν.

C A P. XXVI.

De Olea.

Oleam & alias adhuc plures arbores semper virere pinguedo & calor faciunt. teste Plutar. Symposiacōn l. 3. Jupiter coronabatur interdum quercu, aut olea. Unde etiam factum ut invicem inter se hæc arbores inimicitias exercere dicantur. Phornutus, olivâ tantum Jovem coronari ait, quòd ea sit semper virens, id est, αἰθαλής: & pinguis & multæ utilitatis, id est, πολύχρηστος, & glauci coloris & cœlestis similitudinem habere videatur. Olea sanè etiam Minervæ attribuitur, propterea quòd semper viret. Sunt etiam qui huic Deæ oleæ fertum assignant, quòd hæc arbor pacis sit symbolum. Nam & ideo arma inferri dicuntur, ut postea in pace vivatur scribit Plinius: Athenis quoque, inquit, olea durare traditur in certamine edito à Minerva, de quo ipsius & Neptuni certamine non modò Musæ & Græcæ & Latinæ, sed & utraque historia, plurima prodidere. Certè illud Pausanias tradit,

Consecratus.
110.

Olea sacra
Minervæ.

oleam arfisse, cum Medorum incendio urbs Athenarum conflagravit: & exustam, eodem die in duorum cubitorum proceritatem geminasse.

Testatur Herodotus in Terpsichore, quibusdā temporibus quod apud neminem, nisi apud Athenienses oliva inveniebatur. Atq; cum Epidaurii ex oraculo Apollinis Delphici statuas erigere Damix & Auxisix juberentur, percunctati sunt, æreasne an lapideas erigerent. Cum respondisset

Damia & Auxisia.

Pythia, ex Oliva domestica, ad Athenienses confugerunt. ἐδέοντο ἔν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίους ἐλαίῳ σφι δέναι ταμείους, ἰρωταίας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. λέγει δὲ ὡς ἐλαῖαι ἔζαν ἀπλοδίης ἔδαμῃ κατ' ἐκείνον τὸ χρόνον, ἢ Ἀθήνησι.

Rogarunt igitur Athenienses Epidaurii, ut sibi olivam cadere permitterent, cum maximè sacras illas arbitrarentur. Fertur enim quod per id tempus nullibi, nisi apud Athenienses, erant oliva.

Quare etiam annua sacrificia mittere Athenas pro cæsis olivis Epidaurii pepigerunt. Cum verò olivæ fructus ad omnes artes sit accommodatus, oleum scilicet, omnes denique artes Minervā invenisse creditur. Oleam autem etiam magnæ existimationis apud ovantes fuisse, Plinius testis est lib. xv. Histor. Nat. his sequentibus verbis:

Majestas Rom.ana.

Oleæ honorem Romana majestas magnam præbuit, turmas equitum Idibus Juliis ex ea coronando: item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque victores olea coronant, Græci verò

verò Oleastro Olympiæ. Tibullus lib. 2.

*Cernite, fulgentes ut erat sacer agnus ad aras,
Vinctaque post olea candida turba comas.*

Hoc synedochicōs intelligendum: Olea est arbor Palladis, pacem significans: & illius imbecillitatem à quo præfertur. Græci ἔλαιον dicunt & Oleum. ἐκδον enim est misericordia, unde Olea.

Oliva Sterilis:

Olivam sterilem Phariseos, & Sadducæos, si quis dicet, non errabit: qui justitiæ nomine sese efferentes, ab hujus fructibus erant inopes. Quòd autem Oliva in similitudinem justorum adducatur, ipse David testis est: in Psal. 51. *Ego autem sicut Oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordiam Dei in aeternum.*

*Justitia
nomen.*

Agricultura,

Sunt qui Oleæ ramusculum in Mercurii manu propter agriculturæ studium poni dicant, cum ipse vitium & fructiferarum arborum sospitatur habeatur: eum honorem Olivæ potius quàm alteri cuiquam arbori habitum, ut pro Agricolatione poneretur, quia longè plures utilitates ex Olea desumuntur, quàm ex quavis alia fructiferarum arborum. Neque tamen desunt, qui rem ad pacis significatum deferant, quòd ille rerum internuncius pacem feratur conciliare. Operæ pretium verò est videre monumenta, in quibus

Oleæ ramus Mercurio sacer.

Hadriani
numus.

quibus olea insigne pacis ubique prætenditur. Nam in Hadriani numo quodam simulachrum habetur flexo genu, quod dexteram ipsi Hadriano stanti porrigit, lævâ oleæ ramum humero demissum tenet: inscriptio, RESTITUTORI HISPANIÆ. In alio Imperatoris ejusdem provincia eadem humi sedens lævo cubito lapidum tumulo innititur, dexterâ ramum oleæ habet: inscriptio, HISPANIA. quo ex argumento pacata quietaque provincia subintelligitur. In ejusdem alio signum est cum olea in læva, cum genio in dextera, quod fortè refertur ad augurium ex Oliva, forte sibi oblatum, unde aspirare cœpit ad imperium, fortibus Virgilianis fretus, cum ei versus illi obvenissent:

Augurium
ex oliva.

*Quis procul ille autem ramis insignis olive
Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra
Missus in imperium magnum.*

Quibus quidem ramis olive insignem Maro fingit Numam ab Anchise præcognitum, cui ob justitiam & integritatem nemo unquam bellum intulit, ipse ultrò pacem semper fovit. Quocirca Hadrianus imperio potitus æque pacis studiosus fuit: expeditiones enim sub eo graves nullæ fuerunt, bella etiam silentio penè transacta. In numo verò Severi Pii Aug. togatum est simulachrum cum oleæ ramo, cujus in-

inſcriptio, FUNDATORI PACIS. Eiſdem penè figuris in ejuſdem Severi Parth. maxim. numo inſcriptum eſt FUNDATOR PACIS. Quamvis verò vidiffe juvet, in Maximiani numo ſimulachrum quod oleam præterdit, cum inſcriptione, PAX AUGUSTI: illud tamen mihi magis arridet, quòd in numiſmate Philippi patris ſigillum illud eſt olivæ ramum tollens, cum inſcriptione, PAX ÆTERNA.

Supplicatio.

I Am verò notum eſt illud, imbellem olivam à Valerio Flacco quinto Argonauticam appellatam, de qua Staius non alia cauſa dixit,

Ramumque precantis olivæ. Atque alibi:

Vittata laurus & ſupplicis arbor olivæ

Ramus enim oleæ laurive lana circumvo'utus, manibus legatorum ſupplicantium geſtari ſolitus erat: quo de more Æmilius Probus in Paufania. *Id poſtquam Lacedæmonii reſciverunt, legatos ad eos cum lana miſerunt.* Maro quoque morem hunc tangit:

*Optime Grajugenum cui me fortuna precari,
Et Vittæ comptos voluit præterdere ramos.*

Quòd quidem hieroglyphicum Servius ad imbecillitatem indicandam inſtitutum putat: nam qui precantur & ſupplicant, ſuam arguunt imbecillitatem. Ex lana vero velamentum id accipi ſolitum, quòd oves alieno ſemper auxi

*Manus
ſupplican-
tium cir-
cum volu-
ta olea lana
rove.*

auxilio egeant. Hinc sacra illa *ινετήρια*, de quibus in Theseo Plutarchus : nam Theseus oleæ ramum fertis coronatum vovit Apollini, si Minotauro interfecto incolumis rediisset. Hinc *ὀχοφορία*, *πυανεψία*, *κυανεψία*.

C A P. XXVII.

De Junipero.

MEmoriæ proditum est à Musæo lib. III. Juniperum arborem Apollini consecratam fuisse : & Juniperus existit virens, atque non est putrescentis naturæ, coma redimitur aculeata.

Usus. Unde & topiario operi idonea est, materiamque habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. lib. VIII. cap. xxv.

C A P. XXVIII.

De Taxo.

ABieti, Piceæ, similis est taxus, sed minus virens, gracilisque & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hispania præcipuè venenum est. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius smilacem à Græcis vocari dixit : & esse in Arcadia tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc
toxica

toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus æreus adigatur. Lucianus.

*Est etiam magnis Heliconis montibus arbor,
Floris odore hominem tetro consueta necare.*

Victorius cap. XXI I. 18. de Plant. in Merc.

*Certum est, ibo ad medicum, atque me ibi
toxico morti dabo:*

Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio vivere.

C A P. XXIX.

De Phello sive Subero.

PHellus sive φελός, idem est cum eo quod Latini vocant Suber. Unde Plutarchus in *Fortuna Romana.* lib. de Fortuna Romanorum, scripsit, *C. Pontium à Camillo missum in Capitolium à Gallis id temporis obsessum, quum Tibrim transmitteret, φελός ἀλάεισιν ὑποσερνίσοιτο,* hoc est, phellos latos pectoris subjecisse. Græci φελόν perpetuo epitheto vocant, ἀβάπλισον, hoc est immergibilem, quod in aquis non ponderis vi submergatur. Hinc à Luciano finguntur esse homines *phellopedes* phellopedes, qui per mare currentes non mergabantur, quasi phellinos habentes pedes. *homines.* Est etiam præterea Suber ad multa utile. Usus ejus, inquit Plinius, ancoralibus maximè navium, piscantiumque tragulis, & cadorum obturamentis, præterea in hiberno fœminarum calceatu.

Qui

*in sus Phelli
ligni apud
piscatores
C futores.*

Qui ætate adhuc nostra usus perdurat; nam piscatores corticem hunc, reticulorum alis, ne fiant, appendunt: & futores soleas adversus frigora muniunt.

C A P. XXX.

De Alno.

ARbor est alnus sub aquis diutissimè perdurans: & ideo apud quosdam apta navigiis, commoda comparatio est: & est arbor, quæ amat paludes. Hinc rectè Virg.

Fluminibus salices crassisque paludibus alni.
Alnus etiam usurpatur proverbialiter: ut cum dicam, spectat ab alno. *Απὸ ἀλγείας θεῶν*, id est, ab alno spectaculum: dicitur de eo, qui quum non possit è propinquo spectare, extrema quærit. Erat Athenis extra theatrum in foro alnus arbor, ita tamen ut inde in theatrum pateret prospectus eminus, quo fiebat ut cui in teatro concessus locus non erat, in alnum ascenderet, ubi licebat. Quando innuere volumus, quempiam in peregrina arte, & à studiis suis aliena, ejus artis mysteria procul & quasi per transfennam inspicere: velut jureconsultus extra Medicæ artis theatrum positus, velut ab alno, juxta proverbium, artis secreta despectat.

CAP. XXXI.

De Malo.

Apollo mali coronam, priusquam laurum se- ^{Mals Lib}
 aligeret, adamavit, eâque victores in certa- ^{pollini sâ}
 minibus coronari voluit, ut in luculento Archiæ ^{era.}
 tetraſticho legitur: τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες. quod
 apud Pausaniam legas statuam Apollini μηλάτη
 erectam: sive à malo quo gauderet, sive ob pa-
 storalem, quam per aliquot annos vitam egit.
 Nam μήλα propriè πάντα τὰ τετράποδα. Unde
 unius cujusque quadrupedis tergus *melote* dici-
 tur, ut obiter ex Pauli loco animadvertitur
 epistola ad Hebræos capite xi. *Circumierunt*
in melotis. Sed & μήλον πᾶς καρπός, ut etiam a-
 pud nos, unumquemque denotat fructum. Ab
 ea verò æquivocatione factum ut Herculis sacro,
 æquipollere malus pro Bove indicaretur: cum &
 maximè redargui posset, quin quadrupedes, &
 eodem nomine victima censerentur. Fructife-
 rarum autem arborum plantatio hieroglyphicè
 in Divinis litteris accipitur pro disciplinâ Do-
 ctorum, ut sentit Hesychius. Hinc David: *In*
lege ejus meditabitur die ac nocte, & erit tanquam
lignum quod plantatum est secus decursus aqua-
rum, quod fructum suum dabit in tempore suo.
 Et, *Ego plantavi, Apollo rigavit*, ait ad Co-
 rinthios Paulus. Ad hoc pertinet quod de plan-
 tatis arboribus lex jubet primo, secundo & ter-

tio anno decerpi nihil : quarto quæ leguntur, offerri Deo: quinto etiam reliquis usus permittitur. Ex quo tempora quatuor significantur à tempore legis usque ad Davidem, à Davide usque ad transmigrationem Babylonis, à transmigratione usque ad adventum Christi, quibus annis fructus inutilis omnis fuit, sed spes tantùm promissa bonæ frugis. Christi autem tempus proventum Deo dicavit, annus sanctus appellatus. Anno autem quinto facta omnibus copia, permissusque fructuum usus, tam Iudæis, quàm gentilibus, Apostolis eos liberalissimè effusissimeque distribuentibus. Sed quod ad Pythia spectat, quamvis victores lauro mox coronari ceperint, mala tamen ex Apollinis templo decerpta, ut Lucianus ait, coronis inferebantur. Hinc illud apud Apuleium de Paride: Tunc animo volenti Phrygius juvenis malum, quod tenebat aureum velut victoriæ calculum, puellæ tradidit.

Pythia.

Paris.

Amor.

*Malum amoris sym-
bolum.*

Qui amorum agmina pingere delectantur, lufitare eos malis, & inter arbores ejusmodi lascivire, poma decerpere, abrodere, jactareque confingunt. Hinc apud Theocritum βωκαλιάσταις, βάλλοι τοι πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἃ γαλατῆα μάλοισι. Et; *Malo me Galatea petit*, Damætas ait apud Virg. *Malo Cydippen Acontius venat*

tur

thr. Mala non temerè Hippomæne Venus elar- *Ecloga 3.*
gitur, quæ usque adeò grata fuerunt Atalantæ,
ut zonam solverint diu ligatam, de quo Theo-
criti carmen non indiligenter animadverten-
dum:

Μάλα μὲν ἐν κόλποισι Διονύσιου φυλάσσων.

Mala sinu condens Bacchi de tempore sumpta.

Quod interpretes exponunt amabilia, amorem
quippe facientia. mala enim illa Philetas ait de
coronatis temporibus decerpta: non enim quif-
piam in amorem ferretur, nisi priùs lætitia titil- *Lætitiæ*
latione concitaretur, lætitia verò datorem Bac- *dator Bac-*
chum Poëtæ celebrant. *chus.*

Amoris Progressus.

EA verò de causa malus potius, quàm arbor *Amori di-*
alia, est amori dedicata, quòd ejus facies *catama-*
omnem rerum amatoriarum progressum osten- *lus.*
dere videatur: earum enim arborum trunci co-
ërciti primùm recti surgunt, à Medio verò, ubi
dilatari cœperint, in spatia diffunduntur: cujus-
modi etiam in amatore ratio est, qui munus
suum semper ab ingenuo pudore quodam cohi-
bitus auspicatur: inde ubi paululum processerit, *Ingenuus*
frontem perfricat, ac verecundiæ compedibus *pudor.*
expeditus, quaqua voluerit liberè pervagatur.
Fructus præterea fert aureos & rubicundos, pal-
loris eadem & erubescentiæ, ut ita dicam, si- *Compedes*
gna. Nam apud Horatium: *tinctus viola pallor* *verecun-*
dia.

amantium: & apud Catullum, *quidam inan-rata est pallidior statua*. Poma verò ita magise-rubescunt, uti magis exposita Soli ab eo contin-guntur:

C A P. XXXII.

De Arbuto.

ÆSclepiadem scripsisse certum est de Memæ-cylo, id est, Arbuti fructu. Talem enim fru-ctum arbor illa gignit, & qui plura quam septem ex ea poma comederit, capitis dolore vexatur.

*Memacy-lum
fructus ar-butui.*

Aristoteles:

In montibus sponte Memæcylo nascuntur per-multa.

Theopompus:

Myrti baccis vescuntur, maturisque Memacylis.

Crates:

Longè formosissima sunt mamma, quale est malum, aut Memacylum.

*Mamma
in arbori-bus.*

Quod vides, morus mora fert, ilex acylos, ar-butus Memecylo.

Theophrastus Hist. Plant. Lib. III. *Arbutus Me-macylon fructum qui edendo est, generat*. Arbutus est arbor frondibus rara: Hinc Virg. Ecloga VII.

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra.

*Arbuti
usui.*

Ex arbuto etiam faciebant crates, ut, Arbutæ crates, & Arbutæ virgæ. Virg. lib. I. Georg.

Arbutæ crates & mystica vannus Jacchi.

Idem lib. I. Æneid. & *molle pheretrum arbu-teis texunt virgis.*

CAP. XXXIII.

De Pruno.

Clearchus Peripateticus scribit, Rhodiis & Siculis Pruna Damascena vocari brabyla: ut apud Theocritum Syracusium:

Ramos brabylis graves & in terram curvos.

Et alibi,

Quanto malum brabylo suavius.

Est autem brabylon fructus pruno vulgari ambitu minor, eodem sapore sed paulo acrius. Seleucus in linguis eadem esse ait madrya brabyla, pruna & τὰ ἤλα. Dicta porrò sunt μαδρυα velut μαλόδρυα: brabyla verò quia ducunt album, quasi βορῶν βάλλοντα, id est cibos depellentia, & ἤλα quasi μήλα, id est, mala, ut Demetrius Ixion prodidit. Pruna Damascena quem usum medicinalem habent etiam Martialis indicat. Libro XI II. Epigramm. xxix.

Pruna peregrinae carie rugosa senectæ

Sume: solent duri solvere ventris onus.

Domitius.

Pruna) Damascena pruna erant peculiaria Syriæ, quæ vetustate fiunt rugosa, citantque ventrem: mittebantur in Saturnalibus, ut indicat Papin. *Quæ ramis pia germinat Damascus.* Damascena à Damasco urbe & monte, in quo nascuntur. Supra etiam rugosa dixit. *Carie*) vetustate. *Peregrina senectæ*) quia ex Syria mittuntur.

De Betula.

Betula arbor est vulgaris, quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt: & ex ea fasces conficiebant qui magistratibus solebant præferri.

De Ligustro.

Dicit Plinius Lib. xxiv. cap. x. *Ligustrum eadem arbor est, quæ in Oriente Cypros.* Statius, inquit, multò mihi fuit vel Amaryllin, vel Menalcam amare: quàm te, quamvis niger sit. nec enim tantopere candidus color, quo tu insolescis, expetendus est. *Ligustra* enim candida negliguntur: Vaccinia nigra inficiendo colorì purpureo expetuntur. *Ligustrum* autem cum fruticis nomen sit, hic fruticis florem qui candidus est, significat. de quo Ovidius Lib. xiii. Metamorph.

Candidior folio nivei Galatea ligustri.

Virgilius Ecloga II.

Alba ligustra cadunt; vaccinia nigra leguntur.

Et rusticè, & amatoriè, ex floribus facit comparisonem. Ligustrum autem, flos est candidissimus; sed vilissimus. vel ligustra flores papaverum sunt, vel arborum. Vaccinia verò, sunt violæ, quas purpurei coloris esse manifestum est.

IOANNIS MEURSI F.

ARBORETVM SACRVM.

SIVE,

DE CONSECRATIONE
fruticum, earumque

PROPRIETATE,
usu, ac qualitate.

LIBER II.

Frutices complectens.

FRUTICES QUAS LIBER

secundus continet,

sequuntur.

MYRTUS.

ROSA.

VITIS.

ERICA.

PALIURUS.

GENISTA.

RHUS.

RHAMNUS.



CAP. I.

De Myrto.

LEucadi Deæ rosa, & myrtus frutex *Consecra-
tio.*
consecrata fuit, quoniam utraque
planta eximiam præ se fert pulchri-
tudinem: Rosa inter flores, myrtus
inter frutices, ut Pausanias in posterioribus Elia-
cis ait, & Virg. Ecloga VII.

Populus Alcide gratissima, Vitis Iaccho,

Formosæ Veneri Myrtus, sua Laureæ Phæbo.

Non defuerunt tamen, qui myrtum sacratam
esse Veneri putarunt, quod illâ ornata Venus sit
ad iudicium de forma cum Deabus profecta, at-
que victoriam reportavit: quod innuit Nicand.
in Alexipharmacis in his:

Πρὸς δὲ π σοι Δίκτυννα θεὰς ἐχθήροτο κλώνας

Ἥρης τ' ἰμβροσίης σέφθ' ἔχ' ὑπέδεκτο,

Κάλλιε θ' ἔνεκα κύπελον δὲ εἰς ἔειν' Ἠρέθησαν

Ἀθίνα), κόσμησεν ἐν Ἰδαίοισιν ὄρεσσι.

Præterea Dictynna tua est ex arbore ramos

Aspernata, tuam nec cepit Inno coronam,

Quod Venus Idæis est illa in montibus olim

Compta comas, ubi de formâ contentio nata est.

Alii facram etiam Veneri crediderunt, quia nascatur in littore maris, unde nata est Venus, secundum Poëtarum sententiam: alii quia multis morbis mulierum conveniat. Non tamen sol Veneri sacra putabatur, sed etiam Dionysio, ut Aristophanes testatur in Ranis:

Ἰακχ' ὦ Ἰακχε,
 Ἐλθὲ πὼνδε λειμῶνα χορδύσων
 Ὅσπερ ἐς Διασώτας,
 Πολύκαρπον μὲν Ἰνάσσω
 Ἀμφὶ κεφαλῇ σῶ Ἐρύοντα
 Στέφανον μύρτων.
*Facche ô Iacche,
 Veni hoc per pratum tripudians.
 Sacros ad initiantes
 Fructiferam concutiens
 Circa caput tuum virentem
 Coronam myrtorum.*

Usus in
 conviviis.

Virgam illam myrteam, ad quam in conviviis canebant in Græcia, multi αἶσακον appellant. Hesychius αἶσακον & lauream virgam dicit, αἶσακον, inquit, ὁ τῆ δάφνης κλαδον, ἔκκαπτεχοντες ὕμνου σὺ θεῶν. Quod Latini solarium appellant, locum scilicet apricum, soli expositum, αἶθρα veteres Græci videntur appellasse: Propterea qui olim in conviviis scolia carmina cantabant, myrtum laurumque manutenebant: Laurum qui versus Homericos recitent: Myrtum qui Æscyli, Simonidis, Stefichori. Apud Plutarchum DICÆARCHUS Lib. de

de certaminibus musicis. Cumque essent hilares ut ait Horatius Lib. I. od. IV. ad P. Sextium, Myrto utebantur: ut in hoc versu:

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire Myrto.

Myrto propterea coronabantur antiqui in conviviis, quippe quæ & flexilis, & Veneri consecrata. Quamobrem hæc verba Horatius canit:

Dedecet myrtus, neque me sub arcta vite bibentem.

Ramulos Myrti Græcos consuevisse bustis imponere, cum quasi inferias facerent; atque ita solitos etiam mortuos decorare, indicio Euripidis intelligitur: Qui in Electra ita inducit virginem hanc ipsam de eâ re querentem, acerbiter inimicorum accusaret, qui ne mortuo quidem Agamemnoni paterentur debitos honores haberi: manesque ejus, justis ex more factis, placari, *Ἀγαμέμνονος δὲ τυμβῆ ἢ τιμασμένῃ ἐπιώποι' ἔχοάς. ἔδὲ κλῶνα μυρσίνης ἔλαβε. πύρρον δὲ χέρον ἀγλαισμάτων.* Sed etiam post in eadem fabula senex, qui aluerat Agamemnonem, in sermone Electræ ostendit se, cum vocatus ad eam accederet, aliquantum de viâ deflexisse: atque sepulchrum patris ipsius invenisse: nactumque illic, quam optabat solitudinem, ei vinum libasse: sepulchrum ejus, myrto impositâ ornasse. *Ἦλθον γὰρ αὐτῆ πρὸς τάφον πάρεργ' ὀδῆ, καὶ προσπεσῶν ἔκλαυε, ἐρημίας τυχῶν. Σπονδαί τε, λύσας ἀσκόν, ὅν φέρω ξένοις, ἔσπεισα τυμβῶν* *Verba tragice Poeta.*

Usus in
Nuptiis.

βω δ' ἀμφέθηκα μυρτίνας. Etiam coronam myrteam tumulis profundi solere mos veterum fuit, quod & nunc aliqua veterum marmorea sepulchra ostentant. Obducebantur etiam Myrto postes apud antiquos in nuptiis, ut (exempli gratia) in Honorii & Mariæ, teste Claudiano:

*Hi nostra nitidos postes obducere Myrto
Contendant.*

Nam hoc fiebat scilicet, quia Myrtus Veneri sacra ut prædictus auctor in Epigr. Magnetis testatur.

*Ducit flamma choros, festa frondentia myrto
Limina cinguntur.*

Usus erga
victores.

Myrtea corona præmium data Victori in certamine Iunonis Argivæ, Ἡραία: & in Herculis, apud Thebanos: Ἰολαία, ab illo gestabatur, qui in virorum de forma certamine apud Eléos victor arma, quæ victoriæ præmium accepisset, Minervæ consecratum ibat καλλισειῶα. Myrtis etiam magistratus coronabatur secundum hoc proverbium. Μυρτίωνων ἐπιθυμῆς, hoc est, est tibi animus ad consulatum, vel tu desideras in consulem evadere. Teste Apost.

Myrto etiam coronabantur amatorii Poëtæ, uti de his videre est Tibullum.

Et gerat insigni Myrtea ferta comâ.

Sertaque odoratâ Myrtea ferte comâ.

Corona Myrti vel myrtea, cujusmodi Megaris in Alcatheois, quæ erant Pythia in honorem Apollinis ad exemplum Delphicorum instituta, victo-

victori data fuit, ut ex hoc loco patet. Auctor eorum fuit Alcathous, Pelopis filius, in memoriam Leonis Cithæronii à se confecti Pausan. in Atticis. Vide Nem. e. g. 7.

Cur certè Poëtæ fabulantur Veneri Myrtum sacratam esse me latet, deque illa causam facile non exponam, nisi quod ejus oleum capillis utile: ut etiam ad comparandam pulchritudinem, sicut Pausanias ait, in Eliacis, Lib. II. Murtia autem Venus à Romanis colebatur, quæ Myrtea priùs dicta fuit, ut est apud Plinium, à myrto scilicet Veneri dicata: idcirco & pro verbenâ in conjunctione Sabinorum, & Romanorum, electa fuit. Plinius inquit lib. x v. Hist. Nat. *Et ara vetus fuit Veneri Myrtea, quam nunc Murtiam vocant.* Idem tradit Plutarchus in causis Romanorum. Murtia verò Dea secordiæ, fuit alia Murtia, cujus in quarto de Civit. Dei D. August. meminit: Deam, inquit, Murceam, quæ præter modum non moveret, ac faceret (ut ait Pomponius) murcidum, id est nimis desidiosum & inactuosum. Festus: *Murcea Dea sacellum erat sub monte Aventino, qui antè Murcus vocabatur.* Titus Livius lib. primo: Tum quoque multis millibus Latinorum in civitate acceptus, quibus ut jungerentur Palatio.

Triumphans de Sabinis Postumius Tubertus in consulatu (qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat) Myrto Veneris victricis coronatus incessit,

Vsus triumphantium ex Plinio.

cessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea ovantium fuit corona, Marco Crasso, qui de fugitivis, & Sparta, Laureâ coronatus incessit; quia myrteam aspernatus est. Mausærius auctor est, curru quoque triumphantes Myrtea corona usos. L. Piso tradit, Papyrium, Massonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corfis, Myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum. Avus maternus Africani sequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, Laurea, & Myrtea.

Εἰς αὐτῶν δὲ τῶν ἐχθρῶν τῷ Μαρκέλλῳ πρὸς τὸν
 Θρίαμβον, ἐπεὶ καὶ πράξεις πινὲς ὑπολιπεῖς ἦσαν
 εἴη περὶ Σικελίαν, καὶ Φόνον εἶχεν ὁ τρίτος Θρίαμβος,
 συνεχώρησεν αὐτοῖς. τὸ μὲν ἐντελὴ καὶ μέγαν
 εἰς τὸ Ἀλβανὸν ὄρεον ἐξελάσαι, τὸ δὲ ἐλάττω καὶ α-
 γαγεῖν εἰς τὴν πόλιν. ὃν δ' αὖτ' Ἕλληνας, ὅβαν δὲ Ῥω-
 μαῖοι καλῶσιν. πέμπει δὲ αὐτὸν σὺν ἑπὶ τῷ τεθρίπ-
 πῳ βεβηκῶς ἐδὲ δάφνης ἔχων σέφανον, ἐδὲ πει-
 σαλπιζόμενον, ἀλλὰ περὶ ἐν βλαύταις, ὑπ' αὐ-
 ληῶν μάλα πολλῶν, καὶ ἡδὺς ὀφθῶμαι, μάλλον ἢ
 καταπληκτικῶς. ὃ ἢ μέγιστον ἐμοὶ τεκμήριον ἐστὶ τῆς
 τρέψεως πράξεως ἀλλὰ μὴ μέγεθαι διορίσθαι τὰς τε-
 αμβύων τὸ παλαιόν. οἱ μὲν γὰρ μὴ μάχης καὶ Φόνου
 τῶν πολεμίων ἑπικρατήσαντες τὸ Ἀρήιον ἐκείνον ὡς
 εἴποι καὶ φοβερόν εἰσήγον, ὥσπερ ἐν τοῖς καθαρμοῖς
 τῶν στρατοπέδων εἰώθεσαν, δάφνη πολλὴ κατασρέ-
 ψαντες τὰ ὄπλα, καὶ τὰς ἀνδρας. τοῖς δὲ πολέμοις μὴ
 μὴ δεηθεῖσι στρατηγῶν, ὁμιλία δὲ καὶ περὶ τῆς ἀφ' ἧς
 λόγος πάντα θεμελίους καλῶς οἱ ἑπιπαλαιόσαι τὸν
 λεμον

λεμον ταύτῃ καὶ πανηγυρικῶ ἀπεδίδα πομπὴν ὀνόματι. καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς εἰρῆνης μέροσ. καὶ τὸ μύρπον, Ἀφροδίτης φυτὸν, ἡ μάλισσα θεῶν ἀπέχεσθαι βία πολέμοις. Quum verò impedirent invidi ne triumphans in urbem inveheretur Marcellus, quod reliquæ belli in Sicilia quædam essent, & in oculos hominum incurreret tertius triumphans, cessit ipse. Triumphavit in monte Albano. Ovans autem non invehitur curru, neque laureatus, neque concinitur tubis, sed pedibus ingreditur calceatus, modulantibus multis tibiis, coronam gestat myrteam sicut pacatus, gratus aspectu magis quàm metuendus: unde conjectura ducor, inter ovationem & triumphum non ex magnitudine rerum gestarum, sed ex modo fuisse discrimen. Qui enim signis collatis & cæsis hostibus victores reddidissent, Martialem illum & trucem, meo judicio ducebant triumphum, & ut moris erat in lustrando exercitu, multa arma lauro militesque excolebant: at qui citra vim benevolentia, gratia & verbis confecissent rem, iis ducibus pacati hujus & plausibilis celebritatem dabat mos. Nam pacis insigne tibia est, & myrtus Veneris planta, quæ à vi & bello præter cæteros Deos Deasque abhorret.

Sed cur myrtus non inferretur in ædem Bonæ Deæ Plutarchum vide in quæstionibus Roman. & Gyraldum in Hist. Deorum Syntag. xvii. *Quid est, inquit, quod Dea Gyneceæ, quam bonam Deam nominant, omni florum genere sacrum*

Vfus O-
vationis.

exornantes mulieres, in domum Myrtos non important, præsertim cum ambitiosius cunctis germinum ac florum varietatibus uti soleant? An illud est, quod à fabulatoribus dicitur, Flavii divinatoris uxorem fuisse, quæ cum vino clam uteretur, deprehensa myrteis virgis ac flagris à viro casa fuisse dicitur: inde factum est, ut Myrtus in ejus adem non inferatur: vinum tantum, cum mulieres eum libant lac appellant. An verò, quod cum à multis aliis tum verò rebus Veneris castæ ac puræ sacrum obeunt. Non solum enim viros excludunt, sed cum solenne sacrum faciunt quicquid est masculinum domo exigunt. Myrtum igitur quasi Veneri dicatam, religiosam habent. Nam quam nunc Murtiam Venerem vocant, antiquitus (ut videtur) myrteam appellare consueverant.

C A P. II.

De Rosa.

Rosam quæ præterierit, ne quæras iterum.
 ῥόδον παρελθὸν μακέτι ζήτει πάλιν.

id est:

Ne quære rursum præteritam semel rosam.
 Ne te maceres desiderio rerum, quæ revocari restituique non queunt: velut exactæ juventæ, formæ, virium, fortunæ. Nam ut nihil est rosa gratius, ita nihil minus diuturnum. In eundem sensum dixit in Odis Horatius:

Mitte

*Mitte sectari rosa quo locorum**Sera moretur.*

Habent enim rosæ suum tempus, sed perbrave. *Rosa per-*
 At exquisitius etiam alieno tempore rosam quæ *breve tem-*
 runt. Vnde quadrabit in eos, qui jam *pus est.*
 voluptates sectantur. Velut si nucibus ludat vir,
 aut amet potitetue senex.

Historia de Rosa.

Qui rosæ pulchritudinem miratur, ei Veneris
 plagam considerandam esse ajunt. Amabat
 enim Adonidem Dea: amabat autem & Venerem
 ipsam Mars. Æmulatione igitur accensus Mars,
 Adonidem sustulit, solutionem amoris mortem
 Adonidis fore arbitratus. Quum autem factum
 cognovisset Dea, se de Marte ulcisci statuit, & de
 industria in rosas irruens discalceata, ad ipsius
 rosæ spinas plantam pedis impegit, & quum alba
 prius esset rosa, ex cruore qui à faucia Venere
 destillavit, in eum qui nunc in ipsa cernitur
 colorem transiit, ex eoque tempore major
 gratia & odoris jucunditas ei accessit. Alii ajunt,
 quum in Cœlo Dii convivarentur, & nectar
 multum adstaret, Amorem choream duxisse ac
 tripudiasse, & cum ala crateris fulcrum con-
 cussisse, eumque evertisse. Atque sic Nectar in
 terram effusum rosæ florem rubicundum reddi-
 disse. Athenis fructus omnes perpetuò fuisse,
 planum est ex Aristophane in Tempestatibus.
 Non ergo videtur incredibile, aut mendacio

confictum, quòd Aëthilius Samius narrat libro de iis, quæ Sami pulchra & rara sunt, in ea insula bis anno ficos, uvas, omomelidas, mala, rosas, nasci. Rosarum stirps tametsi fruticosa fit, consentaneum tamen & decens magis est, eam floribus jungere, quam spinosis fruticibus sociare: Principatum siquidem inter flores omnes Rosa facile obtinet, ejusque in Coronis omnibus usus propè nimius est; & ut ex Anacreonte Teio, Poëta Græco vetustissimo, Henricus Stephanus perquam eleganti carmine Latino reddidit:

Rosa, honor. decusque florum:

Rosa, cura, amorque veris.

Rosa, cœlitum est voluptas.

Roseis puer Cytheres

Caput implicat coronis,

Charitum Choros frequentans.

Gratia.

ROsa autem sine spinis considerata, tum venustatis, tum amoris, in primis autem gratiæ ejus signum est, qua quis præditus omnium in se amorem contrahit, omnium sibi animos conciliat. Inde factum est, ut purpureum rosæ colorem Veneris sanguinem esse Poëtæ dixerint, qui quidem ex icto ejus pede defluerit, & rosam, quæ priùs ubique alba erat, aspergine sua continxerit:

Illæ

*Illam quidem studiosa sum defendere Adonin,
 Gradivus stricto quem petit ense ferox,
 Afflixit duris vestigia caca rosetis,
 Albaque divino picta cruore rosa est.*

De Europa, Theocritus: *Dum regia puella alios
 alia flores legunt, ipsa regis filia purpuream manu
 rosam legerat, qualem Venus inter Gratias excel-
 lens.* Inde rosas loqui, proverbium, de re gra-
 tissima jucundissimaeque. Et Persianum illud,
 dum nutricula gratiam omnium alumnulo com-
 precatur, Deos votis onerando ait: *Quicquid
 calcaverit hic, rosa fiat.* Sed quod alii fabulosè di-
 cunt, Philosophi illi veteres, qui rerum omnium
 originem altiùs perscrutati sunt, odorem calo-
 remque illum à Veneris ipsius stella proficisci
 autumant. Hinc Maro Venerem roseo semper
 ore loqui dicit, Quod denique ad afflatum per-
 tinet, nemo luculentius expressit, quàm idem
 explicuerit: ejus enim id de Rosa opusculum, de
 cujus auctore dubium, Charisius agnoscit. Ait
 verò Poëta:

*Æneid:
 lib. 4.*

*Vidi Pastano gaudere rosaria cultu,
 Ex oriente novo roscida Lucifero.
 Rara pruinosis canebat gemma frutetis.
 Ad primos radios interitura die.
 Ambigeres, raperetne rosis tunc aura ruborem,
 An daret, & flores tingeret orta dies.
 Ros unus, color unus, & unum mane, Deorum
 Sideris & floris est domina una Venus.*

*Forſan & unus odor: ſed craſſior ille per auras
Diffſatur, ſpirat proximus iſte magis.*

*Communis Paphiæ Dea ſideris & Dea floris,
Præcipit unius muricis eſſe habitum.*

Quòverò Gratix ſignificatum ineſſe roſis aper-
tius intelligamus Indorum etiam monumenta
conquiremus: ſiquidem eorum Magi roſam tan-
ti fecerunt, ut ad conciliandos magnorum prin-
cipum animos, non alia re quapiam libentius
quàm roſis uterentur. Libet verò ex eorum di-
ctatis unum hoc, quod ad argumentum facit, re-
citare. Ajunt illi, ſi Princeps quiſpiam ſacer
profanusve ſit adeundus, quem tibi conciliatum
velis, ut & te amet, & votis tuis faveat atque
benignè reſpondeat, obſervandum eſſe cœli ſi-
tum, cum Sol vel in Ariete, vel in Leone gradu
eo aſcendente fertur, quem Luna læto felicique
aliquo aſpectu intueatur. Hic tu phialam roſaceo
nitidiſſimo plenam in manum dexteram ſumens,
facie adverſus Solem converſa, ſummis pedibus
inſiſtens, & phialam prætendens in hæc verba
duodecies repetitione facta, voce clara orationem
habeas,, Salvere te jubet Deus, ô Planeta tuo
potens lumine, ac omnigenæ felicitatis ſæcundif-
ſimæ, qui tam formoſus tamque omnibus exop-
tatus, tam beneficus oris radiorum diffuſione
micantiſſimus. Tu Sol ille es, qui luce, ſpiritu,
& vigore tuo mundum univerſum regis: tu cœli
lampas, tu rerum omnium lumen, tu eorum
quæ ubique gignuntur auctor: tu per vim, quam
tibi

*Magis In-
dicos in
quanto
preſſo fue-
rit.*

*Oratio
Magorum
ad Solem.*

tibi Deus Opt, Max. infundit, tibi omnia devin-
 cis: tu quatuor mundi cardines continuo infati-
 gabilique cursu pervestigas: tu lumen, & pul-
 chritudinem ex ipsa divinitatis facie mutuaris: tu
 viam luminosam, & perpetuæ usum lucis nullo
 interposito velamento Lunæ liberaliter elargiris:
 tu reliquos stellarum globos luminis tui lampadi-
 bus accendis. Quæ si ita habent, exoratum te
 velim, ut amicitiam, benevolentiam, amplexum,
 & affectum erga me omnium benevolentia in
 hoc oleo mihi concedas, ita ut me omnes appe-
 tant, & amicitiam meam ultrò concupiscant, ac
 perinde maximos minoresque Pontifices, Reges,
 Principes, reliquosque potentiores, Senatam,
 populum, infimumque gregem, mihi amore at-
 que charitate conciliem. Hic quo illi apellaren-
 tur nomine profitebantur, rogabantque insuper
 & conjurabant, obsecrationibus adigebant per ejus
 potestatem, ut amicitia hæc & amor & pietas: ita
 in horum cordibus & linguis & operibus infide-
 ret, ut magno se affici gaudio experirentur, quo-
 tiescumque hominem ejusmodi intueri atque al-
 loqui facultas esset. Proinde sol virtute & po-
 testate sua, ut mores etiam congruerent, homi-
 nisque præsentiam illi omnes admirarentur, ho-
 norarent, & esse quantivis pretii existimarent,
 efficeret. Ad hæc quædam geniorum nomina
 intermiscabant, quorum interventu eadem fieri
 supplicabant, præcipueque nomen illud quod a-
 mores & amicitias vivificat, & amantum corda in

unum con flat, insolubilique copula conjungit. Ea verò, tum quia videbantur absurda (sunt enim, ut Lucianus ait, βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα καὶ πολυσύλλαβα) tum quia ex Christianæ pietatis instituto profana jam habentur, de industria prætermisi. Id ritè cum egissent, oleum summa veneratione susceptum observabant, quo faciem obungerent, quotiescumque Principem aliquem adituri essent. Quò minimè ridiculum videatur, Vlyssi in Phæniciam appulso, fracta quippe navi, mari ejecto, & omnium egeno, Deam Pallada oleum attulisse, quo ille perunctus, omni abjecto squallore, quem ex maris falsugine inediaque per quatrimum tolerata contraxerat, χαλκῆ ἢ χάρσει σίλβον, dignior & venerabilior effectus est. Rosaceum verò Homero fuisse cognitum ex eo coniicimus argumento, quòd ῥόδινῳ ἐλαίῳ Venus Hectoris cadaver obunxerat, quod à canum injuriâ, quibus id Achilles obiecerat, inoffensum præstitit. Tantam inesse Rosæ vim, Homerus persuasum habuit. An nos oleum aliud à Venere quàm ex rosa sua comparatum existimemus? aut alia quapiam ope usum crediderimus quàm ea ipsa vi, quam rosæ ipsa infundit, cum in Carthaginiis templo

Ancid.
lib. I.

Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit,

Os humerosque Deo similis: namque ipsi decoram

*Casariem nato genitrix, lumenque juventa
Purpureum, & latos oculis afflarat honores.*

Sed

Sed quoniam de rosa satis superque jam diximus, præteribo Ælii Veri Imperatoris lectulum, minutulumque reticulum foliis rosarum repletum, quem sibi substerni jubebat, in quo Perficis odoribus perunctus recubare consueverat, majorem inde sibi gratiam adepturus. Dissimulaboque fabulas Apuleianas, in quibus Lucius ipse prius in Asinum ex homine conversus, rosas toto terrarum orbe perquisitis, tam multa pertulit incommoda, donec demùm oblata earum copia, quas decerperet humanæ formæ restitutus, pristino decori & venustati est redditus. Quod autem pertinet ad odorem, rosa fordidissimum animal Scarabeum, cui res plurimum est cum stercore, ut ajunt, odore enecat suo. Ρόδον autem eam idcirco appellatam Plutarchus ait, ὅτι ῥόσμα πολὺ τῷ ἰδῆς ἀφίησι, quòd ingenti odoris redundantia diffluet. Divinæ literæ, ut Cyprianus ait, gloriosam famam appellare solent odorama. Unde Paulus, Christi bonus odor fumus. Et quòd unguentum in Araonis Pontificis barbam difflebat, bonæ index est famæ, quam sibi sacerdos quilibet comparare debet. Et pro martyribus hieroglyphicè poni rosas, à rubore sanguinis, ait Eucherius.

Rosa odor
efficax.

C A P. III.

De Vite.

CUM vinum inventum mortalibus Dionysius excogitasset, mos fuit apud antiquos ut Bacchi

Bacchus
lactia da-
tor.

chi datoris lætitiæ , quem Bonum Dæmonem appellabant , poculum extremum post cœnam remotis mensis circumferretur : quod boni dæmonis dicebant , quia bonus Deus Dyonisus illud invenisset , vel quia cum moderatione sumptus utilis sit bonus potus. de quo ita meminit Aristophanes in Equitibus :

Μὰ Δι' ἀκρεστον οἶνον ἀγαθὸς δαίμων ὄσ.

Non per Iovem potum boni sed dæmonis.

Draco fuit huic Deo propter perspicacitatem inter reptilia dicatus , ut ait Plutarchus in problematis Sympotiacis. Memoriam prodidit Lucianus in dialogo Junonis & Jovis Icarium cæsum fuisse apud Indos , quia cum palmitem & vini faciendi rationem à Baccho didicisset , creditus est primum ab Indis venenum in convivio exhibuisse : nam Indi vino primum gustato in insaniam sunt conversi , ut ait idem in Nigrino. Atque Plutarchus etiam in eo dialogo , in quo disquiritur ignisne an aqua sit utilior , vitem ex India in Græciam primum portatam fuisse testatur , cum tamen apud Thebanos primum vitis nata esse traditur , ut asserit Pausanias in Bœoticis ; & inde ad Indos deportata. Neque mirum est sanè cæsum fuisse Icarium propter vinum , cum immoderatus illius usus non parum obsit mortalibus , secretaque animi aperiat , & in insaniam probè impellat , ut ait Homerus Libro 2. Odyssææ in his versibus :

Οἶνον δ' ἀνώγει

Ἡλέος, ὅς' ἐφέηκε πολύφρονά περ, μάστι
αἶψα,

καὶ θ' ἀπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνή-
κεν,

καὶ ἡ ἐπὶ προέηκεν, ὅπερ τ' ἀρξήτοιο ἄμεινον.

Pocula prudentes etiam fœcunda choreis

Indulgere jubent, cantareque voce sonora

Pocula, quæ utiliter tacerentur, multa profari.

Nam ubi vires corporis, mentemque vini im-
perium subegerit, multa effutire coguntur ho-
mines, ut scripsit in his etiam Theognis.

Ἄφρονος ἀνδρὸς ὁμῶς ἢ σῶφρονος οἶνον,
ὅταν δὴ

Πινεῖ ὑπὲρ τὸ μέτρον, κῆφον ἐθήκεν ὄον;

Prudentis stultique viri immoderatus hausta

Vina levem mentem reddere sæpè solent.

Lycurgus, ut fabulæ ferunt, contemptor Bac-
chi vites amputabat, & inter amputandum sibi
crus bipenne contudisse fertur: quod ideo fi-
ctum esse existimat Servius, quia fuit abstemius,
abstemios autem vocamus qui temetum, hoc est
vinum non bibunt, hunc una cum Pentheo
mactatum fuisse à Baccho cecinit Ovidius:

Pentheia tu venerande, bipenniferumque

Lycurgum.

Sacrilegos mactas.

Fabula Penthei notissima est. Lege Ovidium
in tertio Metamorphoseos. Pentheus, Echionis
& Agaves filius, Tiresiæ vaticinium asperna-

tus, cum in adventu Liberi patris, Thebani herederâ redimiti obviam ei procederent, ac sacra fusciperent, suos idem facere prohibet, & illud spectaculum omninò pro nihilo ducit, negans ex Semele Bacchum Deum procreatum. Illicò etiam famulis suis imperat, ut Liberum ad se vinctum attrahant. At illi, ut vesanientem eluderent, versi in Acættem, ducunt vinctum, & custodia claudunt. Quod verò ad Ægyptios attinet, scitu dignum illud quoque eos à Dione φιλοίως nuncupari, id est in vinum proclives, ac philopotas: quoniam apud eos comperta primum tradatur vitis, in Plinthine civitate, quod Hellanicus scribit, ac inde factos vinolentos. Sunt qui scribunt, excogitatam ab eisdem ex hordeo potionem, ut vini inopes inde sibi voluptatem conquirent, quando & hac oblectantur ita, ut canant etiamnum saltentque obeantque omnia ebriis consueta, eo tamen interstitio, quòd qui vino externantur, in faciem (inquit Aristoteles) feruntur: qui verò crithinum hauserint, caput resupinant. Vinum quippe καεχβάριον est, aggravatque caput: Crithina potio carotica censetur, vinolentiæ Ægyptiorum argumentum evidens: brassicæ, velut ex lege, prægustatio in cœna: quoniam amethystum sit remedium id, hoc est, ebrietatem reprimat. Quod efficere creditur ejusdem quoque semen. Illud addo: Hecatæum scribere, in Ætolia inventam primo vitem, quam quia ὄναν dicerent

vete-

veteres, inde nuncupari οἶνον. etiamsi ab Oeneo putant alii, in cratylo item aliud Platone statuente.

Erat & vitis gestamen centurionis, quo ille milites ob leviora delicta verberabat. Minus enim ignominiosa pœna erat quæ à centurione, quàm quæ à lictore esset illata. Unde Juvenalis Satyra octava:

*Nodosam post hæc frangebatur vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.*

Martianus in leg. 13. §. Irreverens 4. ff. de de re militari. *Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur.* Pœnæ graviores quibus milites in Romana militia afficiebantur erant, Virgis cædi, fustibus subjici (ξυλοκοπέειδω non absimile hodiernis moribus δοορ de Spies-sen loopen / notante Rittershusio ex Polybii lib. 6. ad II. XII. Tabb.) *Vite verberari* linguæ abscissionem, vel manuum amputationem vel crurum executionem, vel in servitutem adactionem pati, in exilium mitti, securi percuti, sicuti has & longè plures recenset Petrus Faber lib. 1. Semest. cap. 17. & 18. & Stewech ad Vegetium Lib. III. c. 4. Tit. ff. de re militari. Erat autem vitis insigne centurionum & aliorum militum ducum principumque quam κλημα εκατονταρχου vocat Plutarchus in Galba, ut notat Gothofredus ad leg. 13. §. Irreverens 4. ff. de re militari. Ideò Silius lib. 11. Punicorum:

Latia-

*Latiaque superbum
Vitis adornabat dextra decus.*

Et Plinius lib. 14. cap. 1. *Centurionum in manu vitis opimo premio tardos ordines ad lentas perducit aquilas*; & Apulejus lib. 9. de Asino. *Militem magis in suam pernitiem efferari jamque inversa vite de vastiore nodulo cerebrum diffindere.* Sic & Tacitus lib. 1. narrat de Centurione Lucillo cui nomen. *Cedo alteram, quia fracta vite in tergo militis alteram clarâ voce ac rursus aliam poscebat.* Et Dion Cassius lib. 55. Evocatos milites, (quorum etiam mentio fit in L. 2. vers. nihil vero ut nemini liceat in emptione specierum) seu veteranos quos post patris cædem Augustus excivit ex Calatia & Casilino, quorum fuit certum corpus ferentium vites, Centurionum more: quamvis hi evocati à Galba appellati fuerint juvenes equestris ordinis, qui manente anulorum aureorum usu excubias agerent circa cubiculum Galbæ vice militum, notante Suetonio in Galba c. 10. Quid si dicerem vitem non absimilem fuisse eenen Regimentstock / cum & hodiè gravissimè puniantur milites refractariè Centurioni resistentes,

Lætitia.

PER vitem lætitia intelligitur: id non Ægyptii tantum, verum & Philosophi & Poëtæ Latini, Græcique omnes eodem admisere consensu.

senſu. Sed ut plurima ſuper hoc à Platone & à Homero dicta præteream, nonne Divinæ etiam literæ ſententiam hanc eandem plerisque locis proſequuntur: cujuſmodi illud eſt, quod requiſita vitis ad aliarum arborum imperium reſpondit, non poſſe ſe deſerere vinum ſuum, quo Deus atque homines læti redderentur. Quare Socrates apud Xenophontem, Sympoſio, vinum ait non aliter excitare, quàm oleum inſperſum igni flammam adauget. Et conjectores, vel modici vini hauſtu in ſomniis attentari viſo, læti alicujus eventu ſignum arbitrantur. Apud Philoſtratum vinitor ſub vite confidentum Phœnici ſuadet, quod ex ea aſpirare ſoleat lætitia. Epigrammaticus Poëta quidam non inelegans nec infacetus, acerbè in eum invehitur qui racemum immaturum aſpernatus humi abjecerat, & inſuper pedibus conculcaverat: non immeritò quidem indignatus, proptereà quod eo guſtu deceptus, vitem omnem malè acceperit, & in præciſo racemo ſuccreſcentem lætitiam extinxerit. Ita enim dicit:

Τίς ποτ' ἀκηδέως οἰνοτρόφον ὄμφακα βάνχῃ
 Ἀνῆρ. ἀμπελίνῃ κλήματι ἐξέταμην,
 Χιλεάδε φυθεῖς ἀπόμην βάλεν ὡς ἀν' ὀδίταις.
 Εἴη νιασομῆοις ἡμιδαῖς σαύβαλον,
 Εἴη οἱ δρόνυσι ἀνάρσι οἷα λυκύργω,
 Ὅττι μιν ἀνξομῆαν ἔσβεσεν δίφροσύναν.
 Τῶδε γ' ἂν τάχα πῖς Διὰ πάματι, ἢ πρὸς
 Ἡ' λυθεν, ἢ γοερῶ κήδε ἐξελεύσιν.

Cujus

Cujus hæc propemodum est sententia :

*Quæ feritas? quisquis dona immatura Lyæi
Ante diem è vitis palmitè sustulerat,*

*Labraque perstrictus vecors abjecit, ut esset
In pedibus tritâ vile putamen humo,*

Huic pater instauret Lenæus digna Lycurgo,

Quando ita nascentem sustulit Euphrosynem.

Namque aliquis vino hoc hilaris cantasset, amasset,

Aut poterat curas dememinisse graves.

Nos vero adolescentes jocati contrâ ita respondimus.

Κεῖν ὁ ἀειδύσας κ' οἰνοτρόφον ὀμφακάμισων,

Ὅς βαλε τὸ σκυβαλὸν ἡμιδαῆς χάμαδις.

Κλήματα τ' ἐξεταμῆν ἢ ὄλκας ἑλασθῆς ἀπὸ εἰζης,

Ὅς πλὴν αὐξομῶαν ἔσβεσεν ἀφροσύναν.

Τῆ δὲ πῆς οἰνοβαρῆς ἀπὸ πώματ' ἢ πρὸς αἶρηα,

Ἦ λυθ' αὖν ἢ γ' αὐτῆ τάχα λέληθε πρέπων.

Quorum sensum ita Latinè reddemus :

Maeste animis quisquis vinum hoc immite perosus,

Allisit putri vile putamen humo,

Remosque & plantam totam ab radice recidit,

Atque ita gliscentem sustulit Aphrosynem.

Nam aliquis poto hoc vino gravis esset ad arma,

Aut decoris poterat dememinisse sui.

Sed

Sed ut lætitiæ huic modum imponamus, Salomon ait : *Exaltatio animæ & cordis, vinum moderatè sumptum* : ad jucunditatem enim creatum est, non ad ebrietatem, quæ te vitâ defraudet.

Hilaritas.

EAdem ratione quâ lætitiâ significat vitis, publicam etiam hilaritatem ostendere videtur : quare apud Maronem Trojani longa navigatione & sævissima mox tempestate fatigati ; Dei Bacchi lætitiâ exhilarantur, atque alio etiam loco, adesse eisdem lætitiæ datorem Bacchum votis precari videmus. Tum apud Horatium, *isi* qua celebratur hilaritas, vel ipsa pavimenta vino natant. Tristi verò & perturbato homini Plautus propinandum monet, qui bilem diluat. Cui simile id, quod apud Ciceronem l. i i i. Tuscul. habetur : *Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat*. Quin & ipsa Musica, quæ tota ad hilaritatem comparata est, non alio magis stimulo concitatur quàm suavis vini gustu. Hinc apud Ovidium legas :

Nec non & carmina vino

Ingenium faciente canunt.

Quod ex Tibulli synepeia dictum. Ille enim cum Osirim vitifatorem laudaret, ita de vino cecinit.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,

Movet & ad certos nescia membra modos.

Hinc

Hinc Æschylus quasi nimium abläscivens, dictus est tragœdias suas potando scriptitasse, de quo Plutarchus in Sympofiacis. Contrâ reprehensus est Gorgias, qui tragœdiam suam Marti dedicavit, cum Baccho potius tribuenda fuerit: nam ea de causa dictum, ὄχι ἐστὶ δῖος ἐγμῖθ' αὖ ὕδωρ μὶν, nullam quippe adesse hilaritatem ei, qui aquam bibit. Quam sententiam sibi Horatius desumpsit, eo Epistolarum loco, ubi festivè admodum bibacitatem hanc eludit ad Mæcenatem:

*Prisco si credas Mæcenas doctæ Cratino,
Nulla placere diu, neque vivere Carmina
possunt.*

Quæ scribuntur aqua poteribus.

Mox & illa per jocum acriter demorsa:

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Profiliit dicenda, forum putealque Libonis
Mandabo siccis, adimam cantare severis.*

Agnovit & hoc Anacharsis Scythia, quamvis super vino severe nimis judicaret: quippe qui cum in convivio quodam vitifatores quosdam cantilenam admodum variam crispata voce cum sibilo simul emodulantes auscultaret: interrogatus an in Scythia tales essent modulatores, respondit illicò; *Ne quidem vitis*: utpote qui innuere vellet, non aliam esse causam emodulationis ejusmodi, quàm ob potum vinum, atque hinc disterium, *Nemo cantat sobrius*. De his queritur David Psal. LXXIV. *Vinipotores con-*

tra se canere. Anacharsis dictum ab Aristotele commemoratur eo loco ἀναλυτικῶν, ubi argumentorum quædam genera à causa defumi sole-
 re ostendit. Idem Anacharsis tres in unaquaque vite racemos inveniri dicitabat, qui diversa inter se vi pollerent: primum enim voluptatem as-
 ferre, ebrietatem alterum, tertium molestiam. Sed utcumque Scytharum suorum sobrietatem præ-
 tendat Anacharsis, Cleomenem tamen Spartanorum regem apud Scythas, ut alibi diximus, vino versum in insaniam accepimus, quod scilicet cum eis meri potationibus contendere voluisset. Meritò autem Plato, ubi secundo de legum ferendarum ratione differit, optimum futurum existimat, si Carthaginensium more miles in castris nunquam vinum gustet, sed toto expeditionis tempore aquam biberit. *Servis vinum unquam concedatur. Magistratus, quamdiu munere funguntur, abstemii sint. Præsides & iudices, eo tempore quo negotia causarum tractantur, vinum penitus non attingant. Et qui magis de reip. rebus consilio adhibentur, remque publicam administrant, aquam omninò bibant, quam sententiam Philosophus summus xxxi. Proverbiorum Salomonis capite sibi desumpsit.* Sanè Romanorum in hoc quoque prudentiam, qui sobrietatem in imbecillo sceminarum genere accuratissimè custodirent, multi commendavere. Sed Terullianus egregiè, qui mulieres Romanas ait olim, usque adeo vino abstinere civitatis ejus instituto

stituto jussas, ut matronam ob resignatos cellæ
vinariæ loculos inedia necarint. Sub Romu-
lo verò quæ vinum attigerat, impune à Mece-
nio marito trucidata est: idcirco & oscula pro-
pinquis offerre necessitas erat, ut spiritu indicare-
tur, exploratumque inde esset, an temetum ole-
rent.

Libertas.

Quod verò ad libertatis indicium sit vitis,
ipsa Bacchi nuncupatio, quæ apud Græ-
cos Lyæus est, apud Latinos Liber, argumento
esse potest. Tum apud Platonem invenias, ex-
plorandis adolescentium ingeniis convivium non-
nunquam indulta, quò illi ad pocula se beni-
gnius invitarent, eòque tormento coacti, ab in-
timis se præcordiis expectorarent, utpote qui ni-
hil tunc simularent, sed cupiditates omnes suas,
studiaque omnia aperirent. Unde sapienter Ho-
ratus:

Quid non ebrietas designat? operata recludit.

*Epistola 5.
ad Tor-
quatum.*

Et quæ sequuntur. Idem ibidem.

Fecundi calices quem non fecere disertum?

Contracta quem non in paupertate solutum?

*Dionysius
cur ψίλας
dicatur.*

Meritò itaque apud Spartanos Dionysius co-
gnomento ψίλας dicitur idomate Dorico,
quod pennatum significat: vinum siquidem
mentem, non secus ac alæ corpus, attollit, & mo-
dò illuc volitare facit perquam agiler: cujus rei
meminit Pausanias tertio.

Labor.

NEquè tamen ita felix tranquillumque est hieroglyphicum vitis, ut non & laboris plurimi sit etiam argumentum: siquidem arborum nulla majori indiget cura. Usque adedò imbecilla est, ut nisi humana diligentia excolatur, pergulis sustentetur, vel arboribus maritetur, falce comprimatur, ac annis singulis præcidatur, multo denique labore custodiatur, brevi admodum tempore vel pereat, vel in labruscam degeneret. Quare non imperitè dixit Hesiodus, sive is Apollonius fuit, qui scutum Herculis doctissimis carminibus celebravit:

Οἷα δρόνυο & δῶν' ἀνδράσι χαρμα, καὶ
ἀχθ &.

Ut & lætitiā & laborem simul hominibus à Baccho datos affirmaret. Neque sum nescius, τὸ ἀχθ & ad animi etiam anxietatem atque mœstitiam referri posse: siquidem compertum est eos, qui meraco plurimùm utuntur melancholicos fieri, atque inde tristiori esse corde: tum obliuioſòs, ut Florentinus in re rustica ait, in primis fieri, ut ea taceam quæ per ebrietatis furorem infanda pleraque perpetrantur: quorum omnium memor Maro, ne vinum plus æquo laudaret, ita cecinit:

Bacchus & ad culpam causas dedit ille furentes

Centaurus letho domuit, Raetumque Pholun-
que,

Y 2

Et

Et Magno Hyleum Lepithis cratereminan-
tem.

Habet & illud incommodi: quòd linguam vinum præpedire solet eaque de causa Mercurio, non vino, sed lacte supplicabatur, ad ipsam etiam eloquentiæ dulcedinem indicandam, idque Romæ vico etiam Sobrio nuncupato fieri solitum.

Sanguis.

Fuit sanguinis signum oblatum in sacris vinum, atque eo nonnunquam cognomento nuncupatum: quare quod apud Maronem:

Vidit thui cremis cum dona imponeret aris,

Horrendum dictu, latices nigrescere sacros,

Fusaque in obscænum se vertere vina cruorem.

Non tantum ostenti loco positum, sed antiquum videtur significatum attigisse, quòd & pro vino sanguis, & pro sanguine vinum acciperetur. Nam à Mose secundo Deuteronomii cantico: *Et sanguinem uvæ biberet meracissimum*, & à Psalmographo dictum, Sanguinem uvæ biberunt. Sanè quidem Ægyptii sacerdotes vino pertinacissimè abstinebant, & antiquissimi eorum reges: nam & illi tunc non nisi sacerdotes erant, ut tradit Hecatæus. In Deorum tamen cæremoniis vino utebantur, eòque libabant, ut idem auctor scribit, non gratam siquidem rem cælestibus oblaturi, sed eorum sanguinem, qui contra Deos pugnassent propinaturi, indeque sibi

sibi numina conciliari arbitrabantur: persuasum enim habebant Ægyptii, vitem ex fuso in terram gigantum sanguine pullulasse, unde & amentia, & furor inesset vino. Quamquam posteriores Reges, Psammetico in primis auctore, vinum, sed certa mensura, mensis adhibuere. Ponit verò & Hesiodus mensuram qua sit ad salubritatem bibendum.

Τρεῖς δ' ὕδατος & τετραέβν, τὸδε τέτατον ἰεῦδα
οὖν.

Tres miscebis aqua partes, sit quarta Lyæi.

Felicitas.

Periti scribunt, ubi significata vitis examinant, uvam in somniis visam, etiam extra tempus, felicitis esse prælagii. Cujusmodi etiam vitis fuit, quæ visa est Astryagi per quietem nocturnam de Mandanes gnatae suæ genitalibus oboriri, universamque Afriam palmitibus inumbrare. Quod de Cyro nepote ejus eventu adeò felici postmodum comprobatum est: terrarum enim latitudinem id significabat, quæ Cyri esset imperio subjuganda.

C A P. IV.

De Erica

ERicen Græci vocant fruticem non multum à myrice differentem, colore rorisimal-

rini, & penè folio Hoc adversari serpentibus tradunt. Ex hâc ericâ scopæ fiunt, quibus domus verruntur, tum & aliæ, quibus vestes purgantur.

C A P. V.

De Paliuro.

PAliurus frutex asperrima & spinosa pungens & retinens, vulnerans appropinquantem sibi, & adunco dente comprehendens. Paliuri etiam meminit Agathocles Cicycenus libro tertio rerum patriarum, his verbis: *Cum sepulchrum de celo tactum esset, arbuscula è tumulo sese tum exeruit, quam Conna appellant. Magnitudine parva illa est, pino aut ulmo similis, utraque non humilior crebris ramis, non nihil spinosis, praelongis: pallido folio, tenero, natura rotundo.* Virg. Eclog. 5.

Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

C A P. VI.

De Genista.

Genista arbuscula quædam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibusque gratissima. Martialis.

Non pyra qua lenta pendent religata genista.

Virgilius lib. 2. Georg.

Molle filet, lentaque genista,

Plin. lib. XVI. cap. XVIII. *Subeunt in monrosa,*
tingen

ringendis vestibus nascentes genista. Idem auctor lib. XIX. cap. I. Asia à genista facit lina ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madesa facto x diebus.

C A P. VII.

De Rboë sive Rhu.

Rhus, frutex in petris nascens, quidam coriarium frutricem appellant, quòd coriarii eo utuntur ad inspissandas pelles. Aliàs rhus etiam loci nomen est apud Pausaniam, ab aquæ ex montibus defluxu nuncupatum. Meminit & in Theseo Plutarchus: *Commonstrant* (inquit) *Amazonum thecam seu conditorium apud se Megarenses, ad eum qui dicitur Rhus, ex foreis euntibus, ὄρου τὸ ῥομβοειδές.*

C A P. VIII.

De Rhamno.

Rhamnus, à Græcis præcipuè poëtis αἰλεξιάριον dicitur, non modo quia reptilium morsus allevet, verum quòd adversum phantasmata sit amuletum præstantissimum. Quo argumento, in parentationibus ante fores appendebatur. Meminit ejus Euphorion, αἰλεξιαρικὸν φύεζάμενον: nec tacuit Sophron.

F I N I S.

ARBOREAE SACRAMENTA
magis effluat, quod est in
Gorlib XIX. cap. 1. ubi dicitur
quod est in
deinde x. libris.

C A P. VII.

De Rubeis Ribus

Et sunt, tunc in quibusdam, quibusdam
magis effluat, quod est in
Gorlib XIX. cap. 1. ubi dicitur
quod est in
deinde x. libris.

C A P. VIII.

De Rubeis

Rubra, a Graeco principis dicitur
magis effluat, quod est in
Gorlib XIX. cap. 1. ubi dicitur
quod est in
deinde x. libris.

F I N I S

IOANNIS MEURSI F.

ARBORETVM SACRVM,

SIVE,

DE CONSECRATIONE

herbarum, earumque.

PROPRIETATE,

usu, ac qualitate.

LIBER III.

Herbas complectens.

HERBÆ QUAS HIC LIBER

secundus continet,
sequuntur.

ADIANTUM. HEDERA.
ALLIUM. HYACINTHUS.
GRAMEN. NARCISsus.
PAPAVER. III. DICTAMNUM,



CAP. I.

De Adianto.

Adianti, id est, ut Theophrastus ait lib. VII. Plant. Capilli veneris, folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhesisse humoris constat. Unde & nomen herba accepit. Teste Plinio, Nat. Hist. lib. XXII. genera ejus duo sunt, candidum & nigrum. In coronas autem adiantum Plutoni dicata est.

CAP. II.

De Allio.

Alliorum capita ad multarum noxarum depulsionem valere animis vetustas imbiberat. Columella etiam ovis quæ incubantur, substerni utiliter adversus tonitrua putat. Ejus verba sunt lib. I. cap. V. Plurimi infra etiam cubilium stramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus allii capita cum clavis ferreis subjiciunt, quæ cuncta remedia creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova.

Unde

Unde proverbium :

Allium in retibus.

Σκέροδον ἐν δικτύοις : id est, Allium in retibus, de fordido com meatu dicebatur : hinc natum, quod Attici, quoties navigationem, aut expeditionem, adornabant, commercabantur alia, eaque retibus imposita secum ferebant. Item in obsidionibus urbium in precio erat allium, unde illud citra nomenclaturam apud Suidam: ἀπὸ ἀλυσματῶν σκέροδα πορθούμελη &c. id est, Perdo alia in obsidione. Thraces præcipuè delectantur alliis, utpote calidis, quum regionem inhabitent frigidam. Quin & hodiè nautarum delicia sunt allium, non ingratus & rusticorum cibus, utcunque exclamatus Horatio, Epodon libro. Oda. 3.

Parentis olim si quis impia manu

Senile guttur fregerit :

Edit cicutis allium nocentius, &c.

Scribunt Græci, lege cautum, uti qui allio vesceretur, sacrarium Matris Deum ne ingrederetur.

CAP. III.

De Gramine.

GRamen Marti consecratum est, quod, secundum Plinium in naturali historiâ, ex humano cruore procreatur. Hæc herba jumentis est gratissima, sive viridis sit, sive in sceno siccata.

Ex

Ex hac etiam fiunt coronæ, quarum Plinius lib. XXII. III. IV. & V. Capite mentionem exactam facit.

CAP. IV.

De Hedera.

Hedera herba est perpetuo virens, quæ quum per se stare non possit arboribus & muris adhæret. Festus. Hedera dicitur, quòd hæreat, vel quòd edita petat, vel quia id, cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur esse, quia, ut ille semper est juvenis, ita hæc semper viret.

Thracæ & Iudæi pro lege habebant, in omnibus sacris hedera coronari: & non solum coronati, sed scuta & gladios hedera ornati, in solemnibus ibant. Interdum legimus præter hederam, & pampinis & ficulneis ramis latè frondentibus, Bacchum coronatum, atque ita devictis hostibus, triumphasse. Hedera verò ideo sacra Baccho, quia contra ebrietatem facere putatur: ve quia Cissus puer fuisset in ejus comitatu dicitur, qui cum saltaret cum Satyro, humi lethaliter afflictus, ab eo Deo est in hederam conformatus, quæ & κισσός Græcè vocatur, ut Constantinus in Geoponicis scribit. Alii ad imitationem Bacchi id factum crediderunt, quòd ille, cum esset puer hedera & lauro coronatus incederet, ut ait Homerus in hymnis:

Δητότε φοιτίζεσκε κατ' ὑλήεντας ἐναύλας,
Κισσῶ καὶ δάφνη πεπυκασμένῳ.

*Tum quoque parvus erat, sylvisque errabat
in altis,*

Ornatus lauro atque hedera.

*Sacra poë-
tis Hedera.*

Hederâ autem coronantur poëtæ; quasi Libero consecrati; qui etiam ut Bacchæ insaniunt. Sic Horatius:

*Ut malè sanos ascripsit Satyris Faunisq̄ue poëtas.
Vel quòd semper virent hederae; sicut carmina
æternitatem merentur.*

*Hedera
coronasti-
las.*

Qui nimium bibissent caput revinciebant, hederaceâ præcipuè Coronâ, quæ planta citra cultum ubivis copiosa provenit, facie alioqui non invenusta, corymbisque & foliis virentibus frontem opacans, adstrictionisque vehementiam patitur, & postremo refrigerat citra odoris gravitatem.

CA P. V.

De Hyacintho.

Duarum litterarum à & i figuram refert; quæ res Poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci jactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interjectionemque dolentis ai, ex duabus illis litteris conficitur, veluti testimonium doloris, quem Apollo ex ejus morte conceperat, habere inscriptam.

Præ-

Præterea Aiacem in eundem florem conversum ajunt, dum impatientiâ prælati sibi Vlyssis seipsum interemit: duasque primas ejus literas in hoc flore mansisse impressas. Ovidius, utramque fabulam amplexus est lib. XIII. Metamorphos.

rubefactaque sanguina tellus.

Purpureum viridi genuit de cespite florem,

Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.

Littera communis mediis pueroque viroque

Inscripta est foliis: hac nominis, illa querela.

Erat etiam Apollini sacer hyacinthus flos, qui dicitur fuisse puer Amyclæus ab Apolline & Zephyro uno tempore amatus: at enim cum propensior in amorem Apollinis appareret, odium & indignationem in se concitavit. Quare cum Apollo disci jactu se exerceret, Zephyrus discum ab Apolline missum in pueri caput convertit, quem cæsum Apollo in florem sui nominis commutavit, & ex cruore colorem indidit.

C A P. VI.

De Narcisso.

INopinatus affectus magis inopinatus rumor extat. Narcissus enim domestico sui ipsius amore flagrans, domi ex sese periit. Erat enim pulchritudine corporis excellenti, unde etiam amorem & desiderium sui adeptus est. Fontem etenim aliquando velut potaturus inde occupavit, spectator autem propriæ formæ consistens, ipse seipsum amo-

*Amor sui-
ipsum no-
cens.*

amore sui corruptit. Ad fontem itaque subinde progressus, umbram suam velut amator dilexit, superatus autem ab amore, & seipsum in aquis apprehendere tentans, terram insuper amisit, atque sic affectus refrigerium quærens, vitæ privationem invenit, tantum sanè lucri morte sua adeptus, quantum in florem mutatus est, qui nomine suo illius memoriam affert & conservat. Præcedentis hujus fabulæ, etiam mentionem facit Pausanias, in Bœotica.

Liriope Nympha, ex amne Cephiso procreaverat Narcissum insigni forma juvenem, cui Tiresias vates omnia prospera pollicitus est, si pulchritudinis suæ nullam habuisset notitiam. Is cum Echo, aliasque multas contemfisset puellas: Nemesis ultrix fastidientium, ob nimiam crudelitatem, quam in illas exercuerat, ei amorem sui, philautiam dictum, inspiravit, ut sui ipsius flamma exureretur. Proinde cum ex nimia aliquando venatione fatigatus, aquam è fonte hauriret, imaginem sui conspexit, & præ ardenti erga seipsum amore extabescens, vitâ privatus est, & in florem sui nominis evasit. Vt testis est Ovidius lib. III. Metamorph. Is flos fuit Eumenidibus consecratus, è quo Deabus illis sacrificantes coronis utebantur ut ait Ister lib. de coronis. Qui tamen fuit Baccho etiam gratus. Scriptum reliquit Phaedemus lib. 5. rerum Atticarum, coronas è narcisso consecratas fuisse Proserpinæ, quoniam florem illum colligeret cum rapta fuit à Plutone.

CAP. VII.

De Papavere.

Papaver Cereri offerebatur, quod non sine ratione factum ait Phurnutus, lib. De Nat. Deorum. Ανατιθέασι δ' αὐτῇ ταῖς μήκυνας, κατὰ τὸ λόγον. τὸ, τε γὰρ στρογγύλον ἢ ὠκυφερὲς αὐτῶν παρίσῃσι τὸ χῆμα, τὸ γῆς, σφαιροειδὲς ἕσης. Ἡ, τε ἀνωμαλία τὰς κοιλότητας καὶ τὰς ἐξοχὰς τῶν ὄρων. τὰ δ' ἐντὸς, τοῖς δενδρώδεσι καὶ ὑπονόμοις ἔοικε. σπέρματα τε ἀναριθμητὰ γεννῶσιν ἢ γῆ. *Offertur Cereri etiam papaver. Ratio autem oblationis est talis. Papaveris rotunditas & globus, terræ formam, quæ spherica est, representat. Papaveris autem inæqualitas indicat terræ valles, & montium cacumina. Interiora autem papaveris, similia sunt arboribus & cavernis terræ. Per semina innumerabilia terræ fecundam generationem intellige. Dicit Plinius Nat. Hist. lib. XIX. Tria esse Papaveris genera, ut ex sequentibus verbis ejus patet: Papaveris sativi tria genera: Candidum, cujus semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur. Tertium genus rhæam vacant Græci. At luteum papaver Catullo maxime placet, ut videre est, in nuptiis Iuliæ, & Manlii.*

Iam licet venias marite:

Vxor in thalamo est ubi

Ore floridulo nitens,

Z

Ala

Alba Parthenice velut,

Luteumve papaver.

Papaver conciliat somnum, si mediocri qualitate adhibeatur. Hinc Virgilius lib. IV. Æneidos:

Spargens humida mella, soporiferumque papaver.

Si autem aliquis papaveris nimium acceperit, conciliat tunc non somnum placidum, sed oblivionem rationis naturalis expergiscentibus reddit, & interdum mortis causa esse videtur. ut idem lib. I. Georgicorum probat.

Vrunt Lethæo perfusa papavera somno.

Papaveris florem maximoperè caput à culicum punctiõibus defendere & liberare Athenæus testis & lib. XIV.

Papaveris florem tu adime.

Vi intactum caput, & à culicibus non erosum custodias.

Amor.

Sortilegium amoris

Nimirum autem papaver florens amoris indicium habetur apud sortilegos, cujus quidem folium qui amoris periculum facere volunt, pugno superponant, alteraque passa manu illud alidentes, ex crepitu conjiciunt quod quærebant. Explorant enim, an amantes redamentur; nam quo clamofius insonuerit, eò se magis amari putant: quòd si sonus oblanguerit, contemptui se habitos arbitrantur: cujus rei tum eo loco memi-

minit Theocritus.

Οὐ γὰρ τὸ τηλεφίλον ποτὶ μαξάμυϑ' ἀλωτῶγῃσιν,
'Αλλ' αὐτῶς ἀπαλῶ ποτὶ πάχῃ ἑξαμαραύουθῃ.

Quod uno dici potest versu :

Nec supercisso crepuere papavera pugno.

C A P. VIII.

De Dictamno.

PRodunt in Creta capras sagittis percussas, hujus herbæ pastu eas excutere. Virg. lib. XII. Æneid.

*Dictamnium genetrix Cretæa carpit ad Ida ;
Puberibus caulem foliis , & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
Gramina , cum tergo volucres hæserè sagitta.*

Cic. lib. I. De Nat. Deorum. Capras auditum in Creta feras , quum essent confixa venenatis sagittis herbam querere qua dictamnus vocatur : quam quum gustavissent , sagittas excidere dicunt e corpore.

F I N I S.

Z 2

N O.

NOMINA
AUCTORVM,

quorum testimoniis in his
libris usus sum.



A.
Abbas Vr-
spergensis.
Abdias.
Acron.
Actuarius.

Aetius.
Ælianus.
Æneas Sylvius.
Æschylides.
Æsclepiades.
Æthius Samius.
Agathocles Cizycenus.
A. Gellius.
Albricus.
Alexis.
Ananius.
Antiphon.
Antonius Liberalis.
Antonius Augustinus.
Antonius Musa.
Antonius Vasconcellius.
Aphthonius.
Apollodorus.
Apollonius Rhodius.
Apostolius.
Apuleius.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arrianus.
Artemidorus.
Artemon.

Athenæus.
Ausonius.

B.

Barnabas Brissonius.
Baysius.
Beatus Rhenanus.
Beniaminus.
Biblia.
Bilibaldus.

C.

Callimachus.
Callixenus.
Cassiodorus.
Cato.
Catullus.
Cælius Aurelianus.
Cælius Rhodiginus.
Cælius Curio.
Celsus.
Chæremón.
Christianus Vrstisius.
Claudianus.
Clearchus Peripateticus.
Codinus.
Columella.
Constantinus.
Conradus Lycosthenes.
Cyrillus.

D.

Dares.
Demetrius Ixion.
Desiderius Erasmus.

Di-

NOMINA AUTHORUM.

Didymus.
Dion Cassius.
Dionysius Alexandrinus.
Dioscorides.

E.

Ephorus.
Eucherius.
Eusebius.
Eustathius.

F.

Fla. Iosephus.
Florus.
Fulgentius.

G.

Alenus.
Gerardus Vossius,
Guilandinus.
Gyraldus.

H.

Adr. Turnebus.
Hermesianax.
Hermolaus Barbarus.
Herodotus.
Hesiodus.
Hieronymus Osorius.
Hieronymus Tragus.
Hippocrates.
Homerus.
Horus Apollo.
Hodotius.

I.

Ioannes Agricola.
Ioannes Codinus.
Ioannes Lerius.
Ioannes Meursius.
Ioannes Pierius.

Ioannes Salisbergiensis.

Ioannes Vigonius.

Iosephus Scaliger.

Irenaeus.

Isaacus Casoubonus.

Isidorus.

Iulianus.

Iulius Caesar.

Iulius Obsequens.

Iulius Pollux.

Iuuenalis.

L.

Libanius.

Livius.

Lucianus.

Lucretius.

Lycophon.

M.

Macrobius.

Marbodeus.

Marcellus Empiricus.

Marcellus Virgilius.

Martialis.

Mathiolus.

Melampus.

Meletius.

Mesue.

Michael Glycas.

N.

Nicander.

Nicander Aetolus.

Nicolaus Leonicensis.

Nicolaus Myrepsius.

Nilus.

Nomus.

O.

Olaus Wormius.

Onu-

NOMINA AUCTORUM.

Onofander.
Otto Brunfelsius.
Ovidius.

P.

Palladius.
Pamphilus.
Pancrates.
Pandolphus Collinutius.
Paschasius.
Paulus Orosius.
Pausanias.
Petrus Faber.
Petrus Laurenbergius.
Phanodemus.
Philochorus.
Philomnestus.
Philostratus.
Phurnutus.
Platina.
Plautus.
Plutarchus.
Polemon.
Polybius.
Polydorus Virgilius.
Pompeius Festus.
Porphyrius.
Procopius.
Pythagoras.

Q.

QVintus Smyrnaus.

R.

REmbertus Dodonaus.
RUBertus.
S.

SERapion.
SERvius.

Silius.

Solinus.

Steph. Vinandus Pighius.

Strabo.

Suidas.

Sulpitius.

T.

TACitus.

TACINUS.

Terentius.

Themistius.

Theocritus Syracusius.

Theopompus.

Theophrastus.

Tibullus.

Trotula.

V.

VARro.

VIBIUS SEQUESTER.

Virgilius.

Vitruvius.

X.

XENOPHON.

Z.

ZENOBIVS.

FINIS.

I

Absoluta est in Fesulano VIII. Idus Octobris,
M. CCCCLXXXVI.

ANGELUS POLITIANUS

Jacobo Saluiato suo S. D.



*R*usticum tibi. Id illi scilicet ab argumen-
to inditum nomen: tuo coactu prodit in vul-
gum: tibi est uni quicquid acciderit imputa-
turus. Jam ne sentis, quam tibi tuendus
sit, vel tuo ipsius nomine, vel meo? Tua enim fides in eo,
meus honos agitur: cuius quidem, etsi semper cura apud
te jam inde a pueritia excubuit, tamen eum tueri nunc,
vel ob id ipsum impensius debes, quod es nuper Laurentio
Medici principi viro, cuius ego cliens, alumnusque sum,
unus ex omni Florentina iuventute gener ascitus. Profer
igitur in tali patrocinio auctoritatem omnem, atque gra-
tiam, quam videlicet tibi & viri excellentis affinitatis, &
tua egregia indoles, morumque suavitas conciliant. Vale,
meque, ut facis, ama.

ANGELI POLITIANI SYLVA,

cui titulus Rusticus, in poëtæ Hesiodi, Vergilii-
que Georgicôn enarratione pronuntiata.

Ruris opes faturi, gnavoque agitanda colono
Munera, & omniferæ sacrum telluris honorem
Ludere septena gestit mea fistula canna,
Fistula Mantoæ quam nuper margine ripæ
Ipse renidenti dum dat mihi Tityrus ore,

Hac

Hac puer Ascreum repete, inquit, arundine carmen.
 Pan ades, & curvi mecum sub fornice faxi
 Versibus indulge, medio dum Phœbus in axe est,
 Dum gemit erepta viduatus compare turtur,
 Dum sua torquati recinunt dictata palumbes.
 Hic resonat blando tibi pinus amata susurro:
 Hic vaga coniferis insibilat aura cupressis:
 Hic scatebris salit, & bullantibus incita venis
 Pura coloratos interstrepit unda lapillos:
 Hic tua vicinis ludit lasciva sub umbris
 Jamdudum nostri captatrix carminis Echo,
 Felix ille animi, Divisq; simillimus ipsis,
 Quem non mendaci resplendens gloria fuco
 Sollicitat, non fastosi mala gaudia luxus,
 Sed tacitos finit ire dies, & paupere cultu
 Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ,
 Urbe procul, voti exiguus, fortemque benignus
 Ipse suam fovet, ac modico contentus acervo,
 Non spes corde avidas, non curam pascit inanem,
 Securus quò scepra cadant, cui dira minentur
 Astra, & sanguinei jubar exitiale cometæ.
 Non illum fragilis favor, in docilisque potenti
 Plebs servare fidem, evertum popularibus auris
 Casuro imponit folio, nec ducit hiantem
 Huc illuc vanos ostentans purpura fasces.
 Non mentem pavet ipse suam, nec conscius omneis
 Exhorret strepitus, nec edaci pectora culpa
 Carpitur occultè, non opportunus iniqui
 Judicio vulgi, aut celsa conspectus in arce
 Degeneri patet invidiæ, non ipse vicissim

Obliquo

Obliquo livore macet, foetusque veneno
 Aestuat, atque aliena oculis bona limat acutis.
 Rure agit in vacuo, spatiiisque indulget aperti
 Aetheris, aut operi infudans, aut ille supinos
 Evadens cursu in monteis. hinc scilicet omnes
 Gratæ epulæ, nudis Acheloum in pocula palmis
 Advocat, excussæque cibos dant brachia sylvæ.
 Et fessâ in duro renovantur membra cubili.
 Major quippe venit comitata labore voluptas,
 Nec fatis dominam, aut fastidia lenta sequuntur.
 Ergo neque imbrifero pallens Autumnus hiatu,
 Nec malus hunc afflat rabioso Sirius astro,
 Sævæve Rhiphææ labefactant frigora brumæ.
 Quippe hyemem excipere, & ventos, cælique ruinam
 Suetum, atque octipedem nec opaco vertice cancrum,
 Et Jove sub gelido nocturnos carpere somnos,
 Et pede concretas nudo calcare pruinas,
 Et perferre sitim, & jejunia solvere glande,
 Et lassare feras cursu, & superare natatu
 Torrentem, & volucris fossam transmittere saltu:
 Et quercum annosam ferro obturbare bipenni.
 Tum prædam extorquere lupo, fascique maligno
 Subjecisse humeros, & iniqui pondera rastro
 Prædura tractare manu, & domitore lacerto
 Sub juga cornigeri colla obluctantia tauri
 Ducere, & iratis concurrere cominus urcis.
 Hinc agilis subit ora vigor, robustaque magno
 Pectore vis habitat, fortesque animosa tuentur
 Membra tori, & crudo tendunt se robore nervi.
 Hinc facies procera, hinc fronti Martius horror.

Quòd si bella vocent, quis ad aspera promptior arma?
 Aut quis equum sternacem arctis fregisse lupatis
 Acrior? aut fortem mucrone haurire cruorem?
 Aut torquere sudem? aut nervo exturbare sagittam?
 Aut præpilatis aciem perrumpere contis?
 Quis certet duro agricolæ? seu ducere vallum,
 Seu sit opus celso præcingier aggere castra,
 Seu fronte adversa tormentum figere ahenum,
 Quod tonitruo horrifico magnas sternentia turres
 Ardua fulmineo jaculetur saxa rotatu:
 Seu vigil infomnem peragat custodia noctem:
 Seu tacitum raptatur iter, seu parcere parto
 Conveniat, si fors lenta obsidione premantur.
 Scilicet his Babylon dextris, Nabatheaque regna
 Creverunt: hic Mopsopio delectus ab arvo
 Miles, Achæmenium Marathonis in æquore Persen
 Contudit his adjuta viris, se Romula tellus
 Imposuit mundo, & rerum tractavit habenas.
 Nunc age, quæ studia agricolis industria follers
 Extudit, atque operum quanta experientia, dicam.
 Protinus extremo cum jam Boreas autumnno
 Incubuit terris, primo cum frigore tactæ
 Labuntur frondes, maternaque brachia relinquunt,
 Nec cariem cæsæ formidant robora sylvæ:
 Ecce sagax tacitam venientis rusticus anni
 Curam corde coquit, qua bubus ab arbore plaustrum
 Dedolet, unde juga, & curvum fabricetur aratrum.
 Nec mora, quin veteris truncata cacumina fagi,
 Chaoniæque cadant quercus, nudataque ramos
 Ulmus, & audaci laurus sonet iccta securi.

Quarum

Quarum quæque novam fumo explorata calenti
 Vertitur in faciem, diversaque munia tractant.
 Continuo auditus gruis inter nubila clangor
 Agricola citat, & crista spectabilis alta
 Auroram gallus vocat applaudentibus alis.
 Excitat ille operum socios, simul horrida cantus
 Terga rudi centone foveat, capitique galerum
 Induitur, crudusque operit vestigia pero.
 Hinc saturos jungens loris ad aratra juvencos
 Increpitat stimulo, & cantu minuente laborem
 Prælongis ferrata terit dentalia fulcis,
 Ac latè elicibus collectos exprimit imbres:
 Jejunamque fimo tellurem, & rudere pascit.
 Tum plenum farris læva fervante canistrum
 Semina dispensat parca cerealia dextra:
 Quæ ne jacta avidæ populentur grana volucres,
 Et prædam sublime ferant, ita ponè minutus
 Surcula parva tenens puer, & frugum obruit arvo.
 At cum se Eois jam vespertinus ab undis
 Extulit Arcturus, cum versicoloribus ardet
 Terra comis, rutilosque interviret herba colores,
 Daulias & Getici tandem secura mariti
 Ales adest, plausuque larem, cantuque salutat.
 Rursum invadit opus, stivæque innixus, adunca
 Ponè nigrescentes proscindit dente novalis:
 Quas rapidi soles urant, gelidæque pruina.
 Mox ubi jam sapiens cœpit frondescere morus,
 Antè quidem sapiens, nunc ambitiosa, nec ullum
 Quæ pariat pomum, sed serica pensa ministret.
 Ille aliam atque aliam culturam dulcis agelli

Pèrrentans, truncos plantariaque infodit arvo,
 Nec pictas lugubre fabas, nec pabula parcit
 Veruacto mandare putri, glebasque bicorni
 Persequitur ferro, & fecat insuperabile gramen.
 Et montem cædit scrobibus, fortique bidente
 Terga soli frangit, Baccheaque femina rectum
 Applicat in quincuncem, & differit ordine longo.
 Atque iterum, atque iterum terra capita ima frequentat,
 Et ramos tondet falce, atque impune fluentem
 Compescit vitem fingens, & robore fulcit
 Deciduum, charæque hærentem in pectore matris
 Acclinat sobolem fulco, juxtaque propagat.
 Aut ipso duris genitricis ab ubere flentis
 Abscissam rapit, atque aliò traducit alendam.
 Quid dicam? externis cum se vernacula succis
 Robora nobilitant, peregrinaque segmina duri
 Accipiunt trunci, aut discreto germina libro.
 Namque oculis oculos, non blandi tempora veris
 Jungere, sed mediis gaudet fervoribus æstas,
 Aestas congestos Cereris tritura maniplos,
 Aestas absconsum filiqua excussura legumen,
 Aestas, qua grandes expectant horrea messes,
 Dum coacervatas eventilet area fruges.
 Tum sola pulverei pinguescunt arida campi,
 Solvunturque putres glebæ, ac peritura lupini
 Germina parturiunt, tum clivo rauca sonantes
 Eliciuntur aquæ, præcepsque recumbit agro fons.
 Pòst ubi jam medio vestigia librat in axe
 Ensiser Orion, croceoque insignis amictu
 Aspicit Arcturum, pulsa Pallantias umbra

Sentibus

Sentibus horrenteis aperit jam vinea sepes,
Aureolamque metit lentis de vitibus vuam
Vinitor, & fœtos rubicundo nectare fructus.
Quos conjux, quos virgo comes, par vertice matri
Aut cista exportant, aut rasilibus calathifcis.
Nec sentitur onus studio, levat ipsa laborem
Sedulitas, quin frugiferos curvantia ramos
Poma sinu, baccaſque ferunt, ficumque, nucemque.
Nec nihil addit hyems, nigros tum laurea fœtus
Exuitur, tum myrta legunt, glandemque caducam,
Glaucaque Palladiæ diftringunt brachia ſylvæ.
Nocte autem ad lychnos aut junco texit acuto
Fiſcellam, aut crates virgis, aut vimine qualos
Ruſticus, inſinditque faces, & robora valli,
Dolia quaſſa novat, ferramentifque repellit
Scabritiem, tritaque docet ſplendescere cote.
Nam quid delitias memorem? quamque alta labori
Ocia ſuccedant? jam primùm obſeſſa pruinis
Cùm juga floriferi regelauerit aura Favoni,
Suave ſerenato rident vaga ſydera cœlo.
Suave ciet tardos per ſudum Luna juvencos,
Ipsa quoque ætherij melius nitet orbita fratris,
Terque quaterque manu madidantes nectare crines
Exprimit, & glebas fœcundis roribus implet,
Vecta Meduſæo Titonia præpete conjux
Alma novum tellus vultu nitidiſſima germen
Fundit, & omnigenis ornat ſua tempora gemmis.
Idalio pudibunda ſinus roſa ſanguine tingit,
Nigraque non uno viola eſt contenta colore,
Albet enim, rubet, & pallorem ducit amantum,

Ut

Ut sunt orta, cadunt, nive candidiora ligustra.
Nec longum durant calathos imitata parentis
Lilia, sed longum stant purpurei Amaranthi.
Hic Salaminia scribunt sua nomina flores,
Hic gratum Cereri, plenumque sopore papaver
Oscitat, hic inhiat sibimet Narcissus, at illic
Corycios alit aura crocos, notumque theatris
Aëra per tenerum flatu dispergit odorem.
Nec jam flameolæ connivent lumina calthæ.
Nec melilotos abest. Tyrium seges illa ruborem
Induit, hic vivo cespes se jactat in auro,
Hæ niveos, hæ Cyaneos superare lapillos
Contendunt herbæ vernantque micantia latè
Gramina, per tumulos, perque umbriferas convalles,
Perque amnis taciti ripas, atque omnia rident.
Omnia luxuriant, & amica luce coruscant.
Parturiunt stipulæ frugem, & genitalibus auris
Pervia, turgescunt lactantibus hordea culmis.
Palmes agit rupto lacrymanteis cortice gemmas,
Seque rudes primis monstrant in vitibus uvæ.
Dulce virent teneræ modò nata cacumina sylvæ,
Succrescuntque piæ pullorum examina matri.
Ipsa sibi ignotas miratur adultera frondes
Arbor, & ascitis nativas inserit umbras.
Auricomæ jubare exorto de nubibus adfunt
Horæ, quæ cæli portas, atque atria servant.
Quas Iove plena Themis, nitido pulcherrima partu
Edidit, Ireneque Diceque, & mixta parenti
Eunomie, carpuntque recenteis pollice fætus.
Quas inter Stygio remeans Proserpina regno,

Comptior

Comtior ad matrem properat, comes alma forori
It Venus, & Venerem parvi comitantur amores,
Floraque lascivo parat oscula grata marito.
In medias resoluta comas, nudata papillas
Ludit, & alterno terram pede Gratia pulsat.
Uda choros agitat Nais, decurrit Oreas
Monte suo, relinquunt faciles juga celsa Napææ.
Nec latitat sub fronde Dryas, non júbila Fauni
Fundere, non junctis Satyri dare sibila cannis,
Nec querulæ cessant tenerum tinnire volucres.
Fluctibus Alcione, densa philomela sub umbra,
Canus olor ripis, tecto vaga plorat hirundo.
Lene susurrat apis, plenoque saporibus alveo
Candida multiforæ solidat fundamina ceræ.
Colludunt per prata greges, atque omne beato
Flagrat amore nemus, juvenem lasciva maritum
Fert equa, fert tergo salientem bucula taurum,
Setigeræque subant matres, decertat amator
Fronte aries, avidos olidum pecus accipit hircos.
Spectant innisi baculis, gaudentque magistri.
Inde ubi prægnantes partu Lucina recenti
Solvit, ut exæquet numero scetura parentes,
Ipse rudem, nec adhuc vestigia certa prementem,
Fert sobolem gremio, sed ovem, gracilemve capellam
Enifas humero subit, atque in stramine molli
Componit sensim pastor, stabuloque recondit.
Mox ut convaluere, rubos hæc rupibus altis,
Illa recens campo gramen decerpit aprico,
Aut dulcis gelido delibant amne liquores,
Ut sua conclusis ne desint pocula natis.

Utque

Utque fluat plenis dives mulsura papillis,
 Subrumi expectant hædique, agnique petulci:
 Cornigerasque vocant tremulo clamore parenteis.
 Bruta gregem plenum densis alit uberibus fus
 Exporrecta solo, & grunntu allecat amico
 Fellantes, turpique luto se immunda volutat:
 Radices eadem calloso avidissima rostro
 Eruit, & bulbum, aut madida se pulte faginat.
 Flet vitulum mœsta absentem mugitibus altis
 Mater, & immensam raucis miseranda querelis
 Sylvam implet, boat omne nemus, vallesque lacusque.
 Illa nigros latè lucos, saltusque peragrat
 Crebra gemens, crebra ad montem, stabulumque revisit
 Tabescens desiderio, non ulla dolorem
 Pabula, nec falicum frondes, nec gramina rore
 Sparsa leuant, non quæ viridi vaga flumina ripa
 Perspicuam tenui deducunt murmure lympham.
 Prata tener persultat equus, libatque volucris
 Aequora summa fuga, aut alti subit aspera montis
 In juga, faxosumque amnem pede plaudit inermi,
 Cui pulchro micat acre caput, luduntque decoræ
 Fronte comæ, vibrant aures, atque orbe nigranti
 Prægrandes extant oculi, tum spiritus amplis
 Naribus it fervens, stat cervix ardua, qualem
 Præfert Marmaricis metuenda leonibus ales,
 Ales, quæ vigili lucem vocat ore morantem.
 Crescunt spissa toris, lateque animosa patefcunt
 Pectora, consurguntque humeri, & jam sessile tergum est.
 Spinaque depressos gemino subit ordine lumbos,
 Et castigatum cohibent crassa ilia ventrem.

Fundunt

Fundunt se lætæ clunes, subcrispaque densis
 Cauda riget fetis, & luxuriantia crebræ
 Velant colla jubæ, ac dextra cervice vagantur.
 Tum tereti substricta genu, mollissima flectit
 Crura ferox, celsum ingrediens, fremituque superbit.
 Grande sonat tornata cauo brevis ungula cornu,
 Ingenti referens corybantia cymbala pulsu.
 O dulces pastoris opes, ò quanta beatum
 Quàm tenet hunc tranquilla quies? ut pectore toto,
 Lætitiâ, totaque fouet bona gaudia mente?
 Nempe odii, fraudumque expers, exemptus inani
 Ambitione, vacansque metu, spe liber, & insons
 Nativo cultu, & Gaza prædives agresti,
 Ipse sibi vivit nullo sub teste, suoque
 Pendet ab arbitrio, suus ipse est censor, & alto
 Calcat opes animo, ac regum deridet honores.
 Si non Tænareis illi stant fulta columnis
 Robora, cælatumque altè laquearia subter
 Ridet ebur, postemve filex Afaroticus ornat,
 Nec Maurusiacos pulchræ testudinis orbis
 Delphica sustentat, nec docto trita Myroni
 Pocula, multiplici florent radiantia gemma.
 Aut bis in Herculea Milesia vellera concha
 Versantur, tenuique satur lanugine bombyx
 Luteolos folleis, preciosaque fila relinquit,
 Textile nec tenero subtegmine fulgurat aurum,
 Spiranteis referens vultus, quæ Pergamos olim
 Artifici descripsit acu, quæ stamina Memphis,
 Quæ Tyros, & Babylon radio pinxere sonanti.
 At jacet in molli proiectus cespite membra,

Quà cavuse exesum pumex testudinat antrum :
 Quàve susurranti crinem dat aquatica vento
 Arbor, & aut calamos, aut fixa hastilia jungit
 Cortice, statque levi casa frondea nisa tigillo,
 Quam metuant intrare pauor, curæque sequaces,
 Sub qui jucundos tranquillo pectore sensus
 Nutrit inabruptoque fouet sua corpora fomno,
 Sylvarum, & pecoris dominus, stant sedula circum
 Turba canes, audaxque lacon, acerque molossus.
 Dant ignem extritum silices, dant flumina nectar
 Hauſta manu, dat ager Cererem : non caseus, aut lac,
 Lucorumue dapes absunt, stat rupibus ilex
 Mella ferens trunco, plenoque cacumine glandem.
 Illi sunt animo rupes, frondosaque tesqua
 Et specus, & gelidi fontes, & rosida Tempe,
 Vallesque, Zephyrique, & carmina densa volucrum,
 Et Nymphæ, & Fauni, & capripedes Satyrifici,
 Panque rubens, & fronte cupressifera Sylvanus,
 Silenique senes, subdiuallesque Ithyphalli,
 Et montana Pales, & quo pastore Pheræi
 Gaudebant campi, & crinem resoluta Mimallon.
 Et qui cornigera bicolores fronte corymbos,
 Pampineamque manu tenera quatit Evius hastam,
 Semper amor, semper cantus, & fistula cordi est,
 Semper odorati, Venerisque stipendia flores,
 Vitarumque altrix urbi malè nota voluptas.
 Talibus in studijs pastor molle exigit ævum.
 Pòst ubi raucisonæ pinna vibrante cicada
 Increpuere, ardensque metentibus ingruit æstus,
 Paulisper tum cessat opus, saxique sub umbra

Prostrati

Prostrati indulgent genio , non mollia pleno
Defunt vina cado , non lacti mixta polenta,
Aut pinguis tergum vitulæ , placidusque sonora
Lapsus aquæ , crinemque auræ , frontemque laceffunt.
Inde opus integrant , donec sub nocte coruscent
Flammigero parvæ ftellantes clune volucres.
Ecce autem dulces labris pater ingerit uvas
Autummus , crebræque elifus verbere plantæ,
It per præla latex , puerique examine denfo
Exultant lasciva cohors , circumque supraque.
Ille manu panda pronus bibit , alter ab ipfo
Sugit musta lacu crepitantibus haufta labellis.
Hic fua fufpensum refupinus in ora racemum
Exprimit , hic focij patulos irrorat hiatus,
Irriguumque mero fordet mentumque finufque :
Ebriaque incertis titubant veftigia plantis.
Postquàm acris fuffeffit hyems , & pendula tectis
Diriguit glacies , larga ftruce tollitur altè.
Collucetque focus , coëunt vicinia fimplex
Unà omnes , juvenefque probi , materque feuera
Conjuge cum duro , & pueris , & virgine grandi.
Convigilantque hilares , & primæ tempora noctis
Decerpunt , molli curas abigente Lyæo.
Mutuaque inter fe ludunt , tum tibia folle
Lascivum fonat inflato , tum carmina cantant,
Carmina certatim cantant , tum tenta recuffo
Tympana fupplodunt baculo , & caua cymbala pulfant,
Et læti faltant , & tundunt æribus æra,
Et grave confpirat cornu tuba flexilis unco,
Conclamantque altum unanimes , tolluntque cachinnos.

Porrò autem , quanta est differtæ copia villæ,
 Quamque penu diues ? neque enim vel frugibus ornis
 Horrea sufficiunt , vel odoro dolia musto.
 Testaque Palladijs jam non vacat ulla tapetis.
 Terga suis pendent fumoso fordida tigno,
 Pertica pensilibus oneratur longa racemis,
 Non uvæ arentes , non pruna , & carica defunt,
 Sorbaque cum cerasis duroque putamine clausa
 Persica nux , regumque altas imitata coronas
 Mespila , cumque pyris miserorum munus amantum,
 Jam laxum in rugas malum , decoctaque ahenis
 Defruta , & omphacinus liquor , & lacrymosa sinapis,
 Et meditata novos Sicyonia bacca sapes,
 Tum sapa , melque recens , edulcatique lupini,
 Et prunæ increpitans Balanus , contextaque cannis
 Fiscina lacte madens , & durati sale fungi.
 Annonam facilem vicinus suggerit hortus,
 Murmur apricantes nivea dant turre columbi,
 Expandunt alas , & amicam blanda rogantes
 Oscula , circumeunt , insertantque oribus ora,
 Jam vicibus nido incubitant genitrixque paterque,
 Jamque ova excudunt , natifque implumibus escam
 Commansam alternant , rostellaque hiantia complent.
 Adde gregem cortis , cristatarumque volucrum
 Induperatores , laterum qui sydera pulsu
 Explaudunt , vigilique citant Titana canore :
 Et regnum sibi Marte parant , quippe obvia rostris
 Rostra ferunt : crebrisque acuunt assultibus iras.
 Ignescunt animis , & calcem calce repulsant
 Infesto , adversumque affligunt pectore pectus,

Victor,

Victor ovans cantu palmam testatur, & hosti
 Insultans victo, pavidum pede calcat iniquo.
 Ille filet, latebrasque petit, dominumque superbum
 Ferre gemit, comes it meritò plebs cætera regi:
 Formoso regi, cui vertice purpurat alto
 Fastigatus apex, dulcique errore coruscæ
 Splendescunt cervice jubæ, perque aurea colla,
 Perque humeros it pulcher honos, palea ampla decenter
 Albicat ex rutilo, atque torosa in pectora pendet
 Barbarum in morem, stat adunca cuspide rostrum,
 Exiguum spatij rostrum, flagrantque tremendum
 Ravi oculi, niveasque caput late explicat aureis.
 Crura pilis hirsuta rigent, juncturaque nodo
 Vix distante sedet, durus vestigia mucro
 Armat, in immensum pinnæque hirtique lacerti
 Protenti excurrunt, duplicique horrentia vallo
 Falcatae ad cælum tolluntur acumina caudæ.
 Ipse salax totam fœcundo femine gentem
 Implet, & oblongo nunc terram scalpurit ungui.
 Rimaturque cibos, nunc edita nubila visu
 Explorat cauto, non illum squamea tutò
 Aggreditur serpens, non raptor ab æthere milvus.
 Vocibus intereà crebrùm singultat acutis
 Parturiens conjux, quæ scilicet ova, subinde
 Tollit anus, signatque dies vigilemque lucernam
 Consulit, & Lunæ crescentis tempora servans,
 Ut primum gallina glocit numero impare subdit:
 Versatisque diu, solers auscultat, an intus
 Pipiat involucer pullus, tenerumque putamen
 Pertuderit molli rostro, atque erumpere tentet.

Parte alia bifero plumosam corpore messem
 Nutrit, & in crassa satur urinare lacuna
 Anser avet, stagnumque super pede remigat udo
 Depictæ cervicis anas, prolemque natatum
 Invitans, nunc extat aquis, nunc mergitur altè.
 Erigit explicitæ gemmata volumina caudæ
 Ambitiosus amans, at ficu, & polline gliscit
 Pellaci cantu deceptus ab aucupe turdus.
 Infidit mutilo turtur seseque faginans
 Rauca gemit, dulcesque miser suspirat amores.
 Flet viduus perdix, queritur peregrina cothurnix
 Inclusi caveis, hic cæca cuniculus antra
 Excavat, hic septo prægnans lepus errat in amplo,
 Capreolique hinulique, & aduncis dentibus apri.
 Hâc stertunt glires hâc foemina foetat echinus.
 Dædalâ somniferos peragunt examina bombos,
 Plenaque captivos servant vivaria pisces.
 Scilicet his opibus placidè sua corpora curant,
 Dulciaque inter se læti tellure magistra
 Officia exercent, ut quæ neque ferre recuset
 Imperium, neque non grandi mercede rependat,
 Si qua laborifero debentur farra colono.
 Ille autem & volucris petit ardua sidera mente,
 Scrutaturque sagax, quæ sit sententia Divùm.
 Quid quæque emergens, latitanſve, oriensve, cadensve
 Stella paret, quid quadruplici celer afferat annus
 Cardine, quæ fulcis, quæ sint stata tempora messi,
 Quidque pecus vehat Olenium, qua grandine collis
 Trux Nepa dilapidet, quo turbine surgat Orion,
 Quos glomerent imbreis, aut pressus Arione Delphin,
 Aut

Aut Pleas, Arcturusque senex, Hyadesque puellæ:
 Unde bibant herbæ Divini pocula lactis:
 Cur rubigo fatis, uredoque vitibus obsit:
 Quid nebulas abigat, tempestatessque repellat:
 Quod vento ingenium, quæ nubes causa ferenet:
 Quidque filens moneat, quidque intermenstrua Phœbe,
 Vel cùm plena meat, vel cùm decrefcere rursùm
 Incipit. ille etiam numeros, legesque dierum
 Providus observat: scit enim quid septima portet
 In qua nascentem exceptit bona Delia fratrem.
 Scit quoque post decimam quid prima, quid altera luces
 Injungant operum, quocirca aut vellera lanæ
 Demetit, aut gravido maturas mergite aristas:
 Aut telam locat uxoris: nam pendula in ortu
 Posteriore suos etiam net aranea casses.
 Quæ sequitur bona virgultis, inimica serendis
 Frugibus ergo cauet, quod obest, quodque expedit urget:
 Novit enim quota connubijs, quota partibus obstet,
 Aspiretue dies, quota pinguem emasculet hædum,
 Septaque circundet pecori, quota iungat amanteis
 Et clandestinos jubeat miscere susurros:
 Qua ponat canis hirritum, malefuadaque pectus
 Cura nimis laceret, qua tristis oberret Erynnis
 Nocte magis, fecat ille suo sibi tempore lignum,
 Dolia degustat, subigit juga ferre juvencum.
 De flabris quoque de pluvia dulcique sereno,
 Aut Lunæ occasus, aut idem consulit ortus.
 Tractat opus, si pura micet, sin atra, recedat.
 Aut quinto directâ die, aut medio orbe retusa,
 Nec gracili cornu, aut triplici sit culta corona,

Tecta subit metuens hyemes, si rubra coruscet.
 Tum verò expectat ventos, nec fallit eundem
 Quo Boream cornu, quo Cynthia provocet Austrum.
 Consultit & Phæbi flammæ, an grandinis augur
 Palleat, an radijs monstret discordibus imbrem.
 An præ se exoriens nubeis agat, an niger orbem
 Circulus extremum claudens, qua rumpitur, acres
 Carceris Aeolij moneat confurgere flatus.
 Adnotat & cæli faciem, num stella sereno
 Aethere lapsa cadat, rapidi prænumtia Cauri.
 Conscia num subita semet caligine obumbrent
 Astra, trahantque hyemem, gemino Thaumantias arcu
 Quid ferat, aut curto cum vix secat aëra gyro,
 Et penè unicolor taurina fronte minatur.
 Nunc præsepe oculis, nunc Bacchi spectat afellos,
 Quique Noton cernit, quique est obversus ad Arcton,
 Fulgores, tonitrus, insperaque vellera cælo,
 Brumalemque diem, & totum semel aspicit annum.
 Nec non & nautis ruiturum in carbasa nimbum
 Augurat, undisonam si fors mare surrigit Aegon,
 Canaque conspergit fale saxa, & littora frangit,
 Tunc & tristifico roboant montana fragore,
 Et repetunt siccum mergi, atque ex æquore clamant.
 Ipsa volans sublime auras, æthramque lacescit
 Ardea, colludunt fulicæ, plauduntque gregatæ,
 At lasciva lacus alis præstringit hirundo,
 Et summas propè radit aquas, ranæque coaxant.
 Fusca gradu cornix lento metitur arenas,
 Aut fluvium capite, & madida cervice receptat,
 Crocituque gravi pluviam increpat usque morantem.

Clangunt

Clangunt Naupliadæ volucres, & pervia pinnis
 Nubila conscribunt, incertus in æquore Delphin
 Difflat aquas, latrant corvi, vocemque resorbent.
 Progerit ova cavis patiens formica laborum.
 Blanda canis terram pedibus scabit, ore lapillos
 Tardigradus prendit cancer, seseque saburrat,
 Atque hæret ripæ, densum occinit improbulus mus,
 Straminaque exculcat. quin centipedes Scolopendræ
 Parietibus reptant, aures pigra motat assella.
 Dependunt bullæ lychno, sitiensque cruoris
 Musca redit, summosque proboscide mordicat artus.
 Nec longè à tectis apis ingeniosa recedit.
 Prunaque concretusque ima citis hæret in olla :
 Carboque pellucet : neque non prænunciat Euros
 Pluma natans, foliumve errans, pappique volantes :
 Flammaque cùm flectit, cùm sese elidit, & ipsis
 Vix sedet in stuppis, scintillamque excutit udam.
 Vos quoque pastores ventos horretis, & imbres,
 Cùm temere excursans pecus ampla in pascua fertur,
 Cumque alacres ludunt agni, calceisque protervos
 Subsultim incutiunt inter se, & cornibus hærent ;
 Aut cùm se è pastu vi, vix, ægreque revellunt :
 Cumque boves liquidi suspectant lumina cæli,
 Olfactantque auras, & succos naribus udos
 Crebra trahunt, dextrumque latus consternere gaudent,
 Aut lingunt adversa pilos, aut vespere sero
 Mugitu ingenti redeunt, caulisque fatigant.
 Cum sibi non factos sus, dissipat ore manipulos,
 Cumque antro lupo exululat, cumque improbus idem
 Nec metuens hominum propius consistit, & offert

Se mendicanti similem, ac loca culta pererrat.
 Ergo in consilium maria advocat, æthera, terras,
 Naturamque omnem, vivitque auctoribus astris
 Cura Deum agricola, atque animo præscita recenset,
 Et rerum euentus sensu præfagit acuto.
 Hanc ò cælicolæ magni concedite vitam.
 Sic mihi delicias, sic blandimenta laborum,
 Sic faciles date semper opes, hac improba sunt
 Vota tenus, nunquam certe, nunquam illa precabor,
 Splendeat ut rutilo frons invidiosa galero,
 Tergeminaque gravis surgat mihi mitra corona.
 Talia Fesuleo lentus meditabar in antro
 Rure suburbano Medicum, quàm mons sacer urbem
 Mæoniam, longique volumina despicit Arni.
 Quàm bonus hospitium felix, placidamque quietem
 Indulget Laurens, Laurens haud ultima Phæbi
 Gloria, jactatis Laurens fida ancora Musis:
 Qui si certa magis permiserit ocia nobis,
 Afflabor majore Deo, nec jam ardua tantum
 Sylva meas voces, montanaque saxa loquentur.
 Sed tu (siqua fides) tu nostrum forsitan olim
 O mea blanda altrix non aspernabere carmen,
 Quamvis magnorum genitrix Florentia vatum,
 Doctaque me triplici recinet facundia lingua.

F I N I S.



Carmen Eruditissimum

L A Z A R I B O N A M I C I,

A D

B E N E D I C T U M R A M B E R T U M,

de vita Rustica.

DUM Venetum secreta animo R A M B E R -
T E volutas,
Quæ molem imperii tantam terræque mari-
que

Sustentant, patriumque decus majoribus augent,
Dumque tuum nomen longos extendis in annos,
Regibus expromens doctis hæc omnia chartis,
Me mea rura tenent, semper gratissima rura,
Sed tunc grata magis, quoties ver fundit odores,
Temporaque arrident cælo diffusa sereno:
Hic ego dum curas aveo deponere amaras,
Reddere meque mihi, vitam præstare beatam
Quid queat, adverti, modo quis, procul urbe relicta
Rura colat, studiis animumque oblectet amcenis.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
ERRABAM vacuus depressæ collibus altis
Qua se subjiciunt valles, ac florida circum
Prata rigant liquidi fontes salientibus undis,
Ecce mihi auditur sublatus ad æthera cantus
Pastoris, tremula recubantis molliter umbra,

Cui

Cui respondebant contanti hæc concava saxa.

QUID datur à Divis melius mortalibus ægris

Quàm bona, quæ pariunt passim lætissima rura ?

Hic hominum primi vitam incoluere beatam,

Cum placidam nondum turbarent prælia pacem,

Nec caderent miseræ crudeli cæde phalanges.

Huc etiam Divi descendere non dubitabant,

Horrida nec puduit sese demittere in antra,

Incertoque gradû nitidos errare per agros,

Atque humiles alto terras præponere cælo.

Nec mirum, vultu læto cum Dia voluptas

Suppeditet nobis bona gaudia tempore in omni,

Cum variis tellus redimitur floribus, & cum

Arboribus virides redeunt per brachia frondes.

Atque avium dulces cantus nemora avia complent.

Quin etiam spectare juvat flaventibus arvis

Undantes segetes, juvat & confidere in umbra.

Tum pater Autumnus decerpit mitia poma,

Et juvat in mediis nivibus venariæ apros.

Quid simile attulerint urbes ? latet urbibus altis

Curarum genus indomitum, durique labores.

Hunc levis ambitio exagitat noctesque diesque,

Omniaque evertit jucundæ commoda vitæ,

Esse potest quid enim damnosius ambitione ?

Aut quod discruciet magis, aut mage sit fugiendum ?

Illum divitiis videas inhiare repertis,

Sub pedibusque Deûm substernere relligiones,

Pluribus ut terram sæcundam vertat aratris,

Et colat auratas ædes, stratisque recumbat,

Quæ Tyrio tinxit conchylis purpura fuco.

Quid ?

Quid? maris horrentes quoties tolerare procellas
 Cogit avarities, quando dulcissima conjunx
 Linquntur, & dulces nati, quos cura fatigat,
 Ne pater infelix spumantibus occubet undis?
 Præterea armatas acies concurrere cernas,
 Seditio quoties stimulis accendit amaris
 Commotas hominum mentes, queis lenius austru
 Sæpe ruunt, vastique cient fera murmura ponti.
 Tutius ah! quanto est sylvas versarier inter,
 Horribilesque feras, quàm diras seditiones?
 At non hanc rabiem nobis bona rura tulerunt,
 Queis natura parens æquos partitur honores,
 Ne socio invideant alii quoniam altior illum
 Tollat honos, folioque insignem exornet eburno.
 Ruris opes varias, cumulat quas prodiga tellus,
 Quis memorare queat? non sævum trans mare navi
 Cogimur in dubia peregrinas visere terras,
 Et tempestati caput objectare furenti.
 Nobiscum semper vivit dulcissima conjunx,
 Nobiscum nati: faciles subiisse labores
 Et juvat, & lætæ traducere tempora vitæ:
 Præcipuè vero convivium ponere in umbra,
 Cum canis arentes rumpit latratibus agros,
 Qua tenues spargit rivos argenteus amnis,
 Securisque animis somnos instillat inertes.
 Hæc ego pastoris voces postquam auribus hausi,
 R A M B E R T E, atque animum sensi lætarier intus,
 Commoda dum ruris meditatur cuncta beati:
 Tunc mecum: aut felix nusquam vitæ genus ullum,
 Quo se mortales jactant, aut hoc erit unum.

Quod

Quod si quis Divina animi bona rure beato
 His etiam addiderit, nihil est felicius illo,
 Quæ possunt homines cæli ad sublimia templa
 Erigere, & fama tandem donare perenni,
 Assidue veterum tractant dum scripta virorum,
 Sollicitas mœsto pellunt quæ pectore curas,
 Et virtute nihil demonstrant pulcrius esse:
 Quæ postquam elegit, cæca caligine densæ
 Diffugiunt nubes, radiis pulsæ rationis.
 Felices, quibus hunc vitæ decurrere cursum
 Numina amica sinunt! illis non anxia cura
 Deprimit in terras Divinæ lumina mentis,
 Sed veluti in summo sublato vertice montis,
 Quem teneant tranquilla quies, atque ocia læta,
 Despectare queunt alios erroribus altis
 Implicitos, rectæque viæ deflectere cursum.
 O Divûm rarum munus sapientia, quantis
 In tenebris sine luce tua vita ipsa vacillat!
 Quin etiam rerum causas scrutantur, & omnes
 Dispiciunt mundi partes, quos aurea cursus
 Sydera conficiant, num sempiterna manebunt,
 An potius tenebris aliquando immerfa jacebunt,
 Qua causa maris unda tumet, rerumque tenetur
 In medio suspensa gravi sub pondere tellus,
 Has artes docto moderantur carmine Musæ,
 Rura quibus secreta placent collesque beati
 Concinerè affuetæ frondenti Heliconis in umbra.
 Hæ si cui variis ornabunt tempora fertis,
 Non illi in vita fortunæ tela nocebunt,
 Et vaga contemto volitabit fama sepulcro.

Quod

Quod si unquam optati huc tulerit me dextera fati,
Secernens populo, ac tranquilla in fede locarit,
Dispeream, si quid magis ob ectare meum cor
Possit, & ad sedes summorum extollere Divûm:
Non mihi si quis opes dederit, quas Africa latis
Fertilis effudit campis, quasque India gemmas.
At vero imprimis cuperem tot gaudia tecum
Percipere, & tecum spacium consumere vitæ
Quod superest, cum sis vita mihi carior ipsa.

Virgil. in Georgic. 2. v. 458.

*O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas, quibus procul discordibus armis
Fundit humo facilem tellus justissima victum. &c.*

F I N I S

LIPSIANI HORTI LEGES.

In ipso aditu sub persona BIFRONTIS JANI. B. F.

*Quisquis es, STA, LEGE, PARE, JANUS ad
hoc limen sic EDICO.*

HORTO & HERO fruendi tibi jus esto.

Sed illo ad ASPECTUM, isto ad SERMONEM.

Nisi OCVLIS, quicquid heic satum aut natum, ne

LIBATO.

TIRO esto, manum apud te habeto.

Si effers ad TACTUM aut ad RAPTUM,

Verbo dicam, te efferto.

Sed ne HEROUSQUEQUAQUE FRUITOR.

Ante SEXTAM vespertinam ne ADITO:

Post SEPTIMAM ne MANETO.

Horæ alia, ad alias illi curas,

Heic cogitat, heic pangit:

Stilus hic est, Abi MUSCA.

Quid si & CAENA? abi MUSCA

SERMONES etiam ne exlêges.

JOCARI licet

NARRARE licet.

ROGARE licet.

Sed nihil SERIVM.

GRATIARUM hic locus est.

Si quid AMOENIUS tamen in STUDIIS

Inter AMBULANDUM

Differe, doce, disce.

Et MUSARUM hic locus est.

Tu qui SERIOSUS

Tu qui RIXOSUS

EXESTE,

CLUSIUS ego sum vobis.

CANIS præter unam EMANETO

HECUBA, præter unam, EMANETO.

Habes? hoc etiam:

QUOQUO T BAGIS, TEVIDEO.

F I N I S.

B.





RAPINI

hortorum

IN

F.A.
007

UNED